

copycat. 2 ff. 4 gl.

Samuelhof

1)
2)
3)
4)
5)
6)
7)
8)
9)
10)
11)
12)
13)
14)
15)
16)
17)
18)
19)
20)
21)
22)
23)
24)
25)

Dissertationes voluminis huius sunt sequentes

- 1) Remieri Qes publica Ebraeorum.
- 2) Eichleri Dis: de duodecim sacerdotibz Ebreorum.
- 3) M. Barobi Dis: de foro in postis.
- 4) M. Sonnenfels Dis: Ebraorum iura iustitiae.
- 5) Buddei Dis: de iure Zelotarum in gente Ebraea.
- 6) Grabneri Dis: de excommunicatis per infamia.
- 7) M. Kirii Dis: de suspicio hominius legibus obtutis.
- 8) Rings Dis: de lapidatione Hebraeorum.
- 9) Rosenthaler Dis: de presidiariis Levistarum urbibus.
- 10) M. Orelli Dis: de scitis et clypeis Hebraeorum.
- 11) M. Zatti Dis: de Alini.
- 12) M. Bucheri Dis: de velato Hebraorum gynaeaco.
- 13) Eiusdem conclusum Hebr. gynaeacum
- 14) M. Biel Dis: de templi priorio pro posteriori gloria
- 15) Eiusdem de templi posteriori pro priori gloria.
- 16) M. Zollhagens Dis: de templo Iudaorum tertio.
- 17) M. Optini Dis: de admirabili Candeli Magici structura, eisdem probata in fundo.
- 18) Braschi Dis: de velis Tabernaculi abij Templi.
- 19) M. Plessen Dis: de columnis arcis.
- 20) M. Cleffeli Dis: de Balteo sacerdotali.
- 21) Eiusdem de Balteo sacerdotali Magii.
- 22) Eiusdem Dis: de balteo S. M.
- 23) Soh. Ernest: ab Aversvalda de Speculo Hebr. sacra.
- 24) Eiusdem de Rabbinis et Gradibus honoris literariorum apud Hebreos scriptis.
- 25) Hafsei Dis: de lapide fundamenti.

- 26) Ludovi libri Mishnici de primitis festi uate, et statutis Ecclie Iudaicæ.
 27) M. Oldermannus Disf: de vestigio typhini Poiss: M. in generationis febo.
 28) Buchholz de circumcisione ~~figuris~~
 29) Dunkleri Disf: de sacrificiis quotidiani.
 30) M. Erdman Disf: de sacrificiis placulari pro nova offerendo.
 31) M. Bergeri Disf: de victimis Hebreorum grandis.
 32) M. Kirchneri Disf: de ave unguis facta in sacrificium oblata.
 33) M. Hämers Disf: de istu benedictionis sacerdotalis.
 34) M. Wernerii Disf: de poculo benedictionis.
 35) Wegneri Disf: de proclamata benedictione et maledictione in montibus Georgi
et Elba.
 36) Michaelis Disf: de tabulis foederis prioriby.
 37) Egidem de tabulis posterioriby
 38) M. Etcharti Scholastica de tabulariis antiquis.
 39) M. Giraudi Disf: de atroamento hebreorum.
 40) M. Bollhagens Disf: de Aproposito hebreorum.
 41) M. Oldermannus Disf: de festo Encaniorum.
 42) Hottmieri Disf: de solenni legis præle et iure quovis ad septimum repetita.
 43) M. Hagemulleri Disf: de operiby Sabbathum depellentiby ex mente Hebreorum.
 44) M. Geringii Disf: de accubitu ad agnum Paschalium.
 45) M. Schelvingii Disf: de uitis Hebreorum.
 46) Mülleri Disf: de opiby.
 47) M. Merckx de opiby manuori dato.
 48) M. Geieri Disf: de ritiby lugentium.
 49) M. Garmani de pane lugentium.
 50) M. Hilliger de la cratione vespere.
 51) M. Haugens Disf: de corpore figuris sacrautis non eruntando
 52) M. Krumholtz de rebus in agri cultoribus. collector harp Disf: est
 53) Dagoberti de ritiby mesjau.
 54) M. Alzabaud de signatura talium. Joh: Willi: Averpeit.



JOACH. LUD. REIMERI,

PHILOSOPH. D. ET THEOL. C.

RESPUBLICA EBRÆORUM,

Ex
SIGONIO, BERTRAMO, CUNÆO

ALIISQUE
ITA CONCINNATA;

UT SENTENTIÆ ILLORUM SUCCINCTE PRO-
PONANTUR, LARGITER ADAUGE-
ANTUR, ET DEXTRE DIJUDI-
CENTUR.

LIPSIAE & WISMARIAE.

Sumptibus JOHAN. CHRISTIAN. SCHMIDII, Bibliopol,
ANNO MDCCX.

JOACHIM. LUD. REIMERS
PHILOSOPH. D. ET THEOL. C.
RESPUBLICA
EBRAEORUM

SCICONE, HERTRAMO, CUNIO

UT SERVATUR
SOCIETATE TRO-
PUS AVOCAT
MUNICIPIA
SOCIETATIS

AB 153000 (1)



LIBRÆ S. ULTRAMARINÆ
Scripisse. IOACHIM. CHRISTIAN. REIMERS. Philosoph.

anno MDCCX

PRÆFAMEN.



On opus est L.B. ut de ratione instituti
mei multis te moneam, ipsum enim
titulum de eadem te edocere, nul-
lus ambigo. Nempe, qvæ Viri
Clarissimi, Carolus Siganus, Bo-
naventura Cornelius Bertramus &
Petrus Cunæus de Civili Ebræo-
rum Politia ex intimis Sacrarum.

Literarum penetralibus protraxerunt, succinctè non so-
lum, sed & plenius, & accuratius in lucem edere alla-
bоро. Hic enim tantum ab aliis prætermissa liberrimâ
scriptione, ut ipse *in prefatione* monet, congesit: multa,
qvæ maximè ad rem faciunt, omisit: & ille, lingvæ Rab-
binicæ non ita gnarus, subsidia, qvæ ad istiusmodi com-
mentationem merito reqviruntur, qvod Constantinus I.
Empereur *in prefatione ad Bertrami Librum* observat, pa-
riter non habuit. Ac licet omnes præclarè qvampluri-
ma è tenebris eruerint; hīc & illic tamen, qvod pace
iporum dixerim, sunt obelō digna.

Johannem Stephanum Menochium, qui haud ita-
pridem omnes Ebræorum antiquitates sub titulo Reipu-
blicæ eorundem compilavit, non tango. Qvippe cum
Siganii sui vestigia legat passim, spero me unā fideliā, ut
ajunt, duos dealbasse parietes. Eqvidem ingenuè confi-
teor, Regum omnium sapientissimi Salomonis sententiæ:
PLURES COMPONENDI LIBROS NULLUS EST FINIS Eccl. 12
6. v. 14. si unquam locus fuit, hodiè eum esse. Attamen

A 2

ad

ad modum conſcribendi libellos , qvō impræſentiarum utor , haud extendendam duco . Cœterum , qvicqvid hoc scripti ſit , non editur vel gloriolam captandi , vel oſtentandi eruditionem ; ſed exercendi gratiā , viresqve pericitandi . Meliora ſuppeditabit aliquando tranqvillior vitæ ſtatus , qvem unicē fulſiro . Interim tu BONE LECTOR , ſi bonus es , etiam tenuia hæc non vilipendes : & me potius poſt alios viros Doctos monere qvām docere voluiffe perſuafſimum habebis . Vale .

De Nominibus Populi Sancti sub V.T.

Ria ſat famosa nomina occurſunt in Sa-
cris Paginis ; videlicet EBRÆORUM ,
ISRAELITARUM , atq JUDAÆORUM , qui-
bus poſt alia Populus Sanctus ſub Veteri
Fœdere inſignitus fuit . Qvod ad primum
attinet , qvō ut R. Bechajo ^{ſup. Exod. 21.c.v.}
2. placet , maximè in Ægypto vocabatur ,
diverſae de Etymologia illius ſententiæ deprehenduntur .
Quidam enim ; ut Enſebius de prep. Ev. l. 9.c. ult. Ambroſius
in ep. ad Phil. 3.c. ac Lyra in Matth. 21.c.v. 28. Ebræos de no-
mine proprio Abraham vel Abram qvazi Abrahæos vel
Abræos dictos volunt . Qvanquam male ; quippe contra
lingvæ Ebrææ principia , quæ ejusmodi abjeſtionem &
mutationem cum confornam tum vocalium , qualis hic
in עַבְרֵי Ebræo ab אֶבְרָהָם Abrahamo derivato occurreret ,
minimè admittit : & inepté , ni fallor ; nam ſequeretur hinc ,
Abrahamum de ſe ipſo ſic eſte appellatum : quoniam hōc
nomine Gen. 14.c.v. 13. legitur vocatus : id qvod vero haud
videtur ſimile . Alii de cognomento Abrahami עַבְרֵי modò
adducto eos appellatos exiftimant . Et hoc rursus qvidam
illorum

illorum ut Hieron. in Ets. 19.c. v. 18. Chrysost. hom. in Gen. 36. & Arias Montanus in Can. c. 9. ab יָבֹעַ transit deducunt. Ex qvorum mente Abrahamus ita dicitur tanquam περάτης τὸν Ευφράτην περαύων διαβός, i.e. transitor, qvi Euphraten trajiciens in Chananæam se contulerit: vel qvi Jordanem aut Tygrim transvectus sit; qvod ad aliorum palatum magis est, minus tamen probabile: siqvidem in assignando certo fluvio qvadam nondum convenient. Alii verò, qvibus Georg. Amira Gram. Chald. in pref. luppétias fert, à particula יָבֹעַ trans à themate illo descendente derivare malunt. Qvafsi Abrahamus transfluvialis fuisset nuncupatus, vel qvod trans fluvium habitabat, vel à regione illa trans Euphratæa, qvmodo priscis temporibus in Chananæa Mesopotamia Syncdochice vocabatur, qvam anteà incoluerat: de qvo Iosuæ 14. caput v. 3. nos edocet, qvod conferri potest. At qvicqvid eorum sit, si illud commentum obtinet, cur non & alii populi, e.g. Imaelitæ, ab Abrahamo oriundi Ebræorum nomine fuerunt dicti, sed soli Isaacidæ? ut taceam, qvod illud Abrahamum ita principem esse appellatum, falso supponat. Qvin sunt, qvi putant, referente Sigoniô des Rep. Ebr. l. 1. c. 1. eos, qvi cum Arphaxade trajecerunt Tigrim, & Chaldaam tenuerunt; nempe filium ejus Salah & nepotem Eber, Ebraos primum dictos esse, qvod ultra flu- men venissent. Qvâ probabilitate nitantur, ipsimet vide- rint. Qvod R. Salomo & qvi hunc seqvitur contradicendi studiô Burgensis urgent, in comm. ad c. 10. Gen. v. 21.; Eber scilicet accipiendum esse pro præpositione trans, qvando Semus pater omnium filiorum Eber dicitur, certè haud procedit; cum in toto hoc ut & subsequenti capite semper proprium nomen sit, & nihil appareat, qvarè ab usitato illo significatu qvis hic recedat: imò non unum contrâ eidem

A3

inhærere

inhærere svadeat potius : uti ex jamjam dicendis ad oculum patebit. Etsi igitur facile largiar, Ebræos remote à transeundo originem suam trahere, qvod omnia termè Le^xica ostendunt, & in qvæstionem nunquam vocavero : non possum tamen non amplecti dogma eorum ; puta Auguſtini de c. D. l. 16. c. 3. Lutheri comm. in II. c. Gen. Pererii comm. in c. 5. Gen. Merceri in c. 14. Gen. Genebrardi Chron. l. 1. R. Nebemia in Berescho Rabb. parash 14. R. Aben. Esra ad Exod. I. c. v. 16. atq. R. D. Kimchit in lib. rad. ad עֵבֶר qui omni asseveratione affirman^t, Ebræos appellationem suam proximè esse sortitos de EBERO filio Selah, qui de transeundo sic nominatus est. Etenim hoc satis superq; confirmatum ivit divinus Moses ; dum Semum filiorum Eberi patrem Gen. 10. c. v. 21. proclamat. Proprium autem hoc nomen Eber pro conjugato gentili accipi , confirmat Bileamus Num. 24. c. v. 14 , naves inqviens à littore Chittæorum solventes affligunt Eberum. Nec adeò insolens loquendi modus hic est in Sacra Scriptura, in qua ad eundem Israël Israëlitas & Juda Judæos designat, ceu infrà pluribus ostensurus sum. Hujus tamen rei causa qvæ fuerit, qvod scilicet Eberæi sive κατὰ συγκετή Ebræi de Ebero dicti sint, dilucidè non appetet. Qvorundam conjectura qvidem est, id ideo esse factum, qvod illi hujus loquelam, hoc est primigeniam & sacram incorruptam uti acceperunt, ita conservarint, intemerata m^que ad posteritatē propagarint ; cuius Sigonius l. c. mentionem facit. Nam terrā inter Noachidas distributā familiæ Chami & Japheti, in Senaar campis Chaldææ considentes, constituebant antè gloriæ & memoriæ ergò urbem extruere cum turri, qvæ aititudine sua attingeret ipsum cœlum, qmā inde in suas regiones discessissent. Et neutiquam destitissent ab hoc proposito, nisi Deus tantæ illarum audaciæ

daciæ lingvarum diversitatem quasi remoram objecisset. Tunc Eberus, cuius ætate id accidit, qvod expers vesani consilii istius se dicto negotio non miscuisset, cum sedem haberet fixam in Chaldæa, qvò cum Arphaxade & Salah avo & parente transferat, vetustum retinuit sermonem, qvò Semus proavus suus cum reliquis majoribus usus fuerat. Si placet c. 10. ii. & 12. Genesios conferre potes. Aliorum verò alia est sententia, nimirum, qvod filii Eberi retinuerint sanam doctrinam & veram religionem, cuius sollicitus custos fuit parens eorum, ne à Nimrodo & aliis Apostatis depravaretur, qvam Lutherus l.c. commemorat. Ego sane utramque simul stare posse nullus dubito. Ideoqve nomen Ebræorum non tam Patronymicum est, qvam professorium; uti vel inde apparet, qvod cæteris liberis, qvi puritatem Idiomatis & genuinam fidem susq; deque habebant, haudqvaquam competiverit. Et hæc sufficient de primo.

Qvoad secundum deinde brevibus sciendum est, (qvò prolixitas in jam enodato admissa & admittenda in adhuc enodando sarcitur) Israëlitarum nomen Populo Sancto sub Veteri födere de Jacobo esse inditum, qui post labores certaminis cum Deo instituti fortiter exantlatos Israëlis titulum ab ipso reportatum Genes. 32. v. 28. Posteris reliquit suis. De ratione autem, ob qvam Jacobus vocatus fuit Israël itidem disquiritur. Ambrosius putat compositum esse ex tribus vocibus. וִי נָאֵר i.e. Vir videns Deum: quasi Jacobus sic vocatus esset, qvia in pugna vidisset Deum. At quis non animadvertis, qui in modicē gnarus est linguæ Ebrææ, perperam Sin & Schin ab eo contundi? Alii à רְשִׁי rectum esse. & נָאֵר Deus derivant: quasi Jacobus directum à DEO significaret. Sed nec hæc etymologia ob modò allatum fundamentum Grammaticum admitti
13955
po-

poteat. Ut dicam igitur, quod res est, combinatum rectius arbitrantur Doctissimorum plerique ex *רֶשֶׁת Princeps & הַנָּדָב DEUS*. Qvod ipse Angelus confirmat: i.e. cum dicit: *Nomen tuum erit Israel, quia Principem te gessisti apud Deum*. Et hoc etymon conveniens quoq; est principiis Grammaticis: nam utrobius tam in simplici, quam derivato est *Sin*: litera vero *Jod* est formativa nominum propriorum; de quo Philologorum filii veniunt consulendi.

Qvod denique tertium concernit, *Judaorum* nomen populo Sancto sub Veteri Fœdere de tribu *Juda* impositum est. Primo illud præter tribum *Jude* tribubus Benjaminis & Levi atque omnium cæterarum tribuum Iraelis hominibus quibusdam hæsit. Nam post defectionem decem tribuum à domo Davidis ad Hieroboamum dicitur tribus *Juda* secura Roboamum filium Salomonis 1. Reg. c. 11. v. 12. & 32. & c. 12. v. 20. Verum quod ibidem comprehendantur sub ea etiam aliae patescit ex 1. Regum 12. cap. v. 21. & 23. & 2. Chronicorum 11. c. v. 13. 14. & 16.: Ubi præter tribum *Juda* tribus Benjaminis & Levi aliosq; ex omnibus cæteris tribubus Iraelis ad Roboamum se receperisse eidemq; adhæsisse, memoriae proditum est. Qvippe qvem admodum regnum tum cœpit de nomine *Juda* tanquam potiori dici 1. Reg. 14. c. v. 21.; ad eum communiter & subditu *Judæorum* nomine appellati sunt, 2. Regum. 16. c. v. 6. Et licet pauciores tenuioresq; essent Benjaminæ & Leviæ tæadeoq; pro mantissa haberentur, nomen tamen suum eō ipso plane haud amisere, multò minus tribus esse desierunt, qvod Cunæo de Rep. Ebr. 1. 1. c. 10. est persatisfactum. Postmodum; nempe decem istis tribubus, qvæ à domo Davidis defecerant ad Hieroboamum, à Salmanasse re Affyriorum Rege deportatis, promiscue omnes Israëlitæ, præcipue in Palæstina habitantes, tam ante, quam post capti.

captivitatem Babyloniam universalis Judæorum nomine indigitati sunt. Manente interim nihilominus nominum Ebraeorum & Israélitarum aliquanti usu. Hoc tam planum reddi potest ex Sacris Literis quam quod planissimum. In Novo enim Fœdere, à Sanctis Scriptoribus mentio injicitur βασιλεὺς Ἰεραῖων πέτρος Θυτέρων, καθαρισμός, ἐργα τοις runderm, Ἰεραῖων δοῦλος παντὸς ἔθνους τῶν οὐαὶ τὸν εἰρανόν, & Hannæ ex tribu Ateri οὗ, Ἰεραῖος accensitæ &c. tanquam notissimorum; quæ omnia communem illam vocis Ἰεραῖων acceptionem tum temporis usitatam non solum evincunt; sed & arguunt eandem à prisca ætate usq; traductam. Unde anxiè inquiritur à viris doctissimis, quando nomen Judæorum tam latè patere cœperit. Ambrosius ad 1. c. ep. Pauli ad Rom. Judæ Maccabæi ætate id factum dicit. Calaubonus Exerc. 1. Anti-Bar. n. 3. observasse Eusebium, ait, tunc primum id accidisse, cum Regiam potestatem, quam in Zedekia tribus Judæ amiserat Pontifices maximi in se transmoverent. Locus ille l. 8. demonstr. Evang. 1. habetur. Josephus antiqu. Jud. l. II, c. 5. ex illa die, inquit, quæ ascenderunt è Babylone à tribu Judæ quæ cum prima in locos pervenerit, tum ipsis, tum regioni hujusmodi appellationem inditam esse. At R. Elias Germanus in not. ad l. rad. R. D. Kimchii ad rad. קְרֵב scribit, in Sacris non reperiuntur Ebræos (in genere omnes) vocatos Judæos, nisi postquam decem tribus in exilium actæ sunt. Nec à vero abludere videtur. Exempla enim, quæ occurunt, hæc esse constat: Estheræ c. 3. v. 6. perhibetur. Haman cogitasse omnes קְרֵב יְהוּדָה perdere, qui in toto regno Achæveri erant; quorum numerō procul omni dubio etiam decem tribuum homines quidam continebantur. Etc. 8. v. 16. eâ religione imbui, quæ omnes Israélitæ sine discrimine utebantur, Ebraicæ dicitur חַיִת יְהוּדָה Judaizare seu Judæum fieri. Sic

B

ætæt

ætate Hiskiæ eā lingvā uti, qvæ universis Israelitis fuit vernacula redditur loqvi Judaicè 2. Reg. 18. c. v. 26. & Es. 36. c. v. 11. qvando à Rablaco Ebraicè loqvente petitur, ne Judaicè sed Aramicè sermonem cœdere velit. Qvæ omnia etiam ipsum populum id nominis communis habuisse, innuunt. Et licet curiosè scruteris, argumentum majorem antiquitatem redolens vix ac ne vix quidem invenieris. Qvocirca in hisce acqviescere volui: cum præcium temporis punctum, quodq; necessum non est, determinari nequeat.

Summum itaq; in modum miror, Cunæum *i.e.* ut Eusebio Calauhono *i.e.* cuius nomen reverentia ergò quasi obtricit, ægrè vicissim faciat, quod in sua de sceptro de Juda ablato sententia experietur adversarios, audacter nimis contendere, duodecim tribus in universum nunquam fuisse Judæorum nomine appellatas: sive tu tempora ista, qvæ scissionem Regni Israelitici antecedunt, sive ea species, quæ insecuta post tuere. Rationem affert hanc: quod decem illæ Israeliticæ tribus, ex qua tempestate semel abductæ sunt à Salmanassare, & dispersæ per Colchos, Parthos, Indos atq; Æthiopas, nunquam deinde in patrium solum redierint aut conjunctæ iterum judæis sint; sed inter barbararum gentium imperia etiam hodiè, si qui adhuc ex illa colluvie supersint, improbabæ defectionis graves pœnas exolvant. Confirmat eam autoritate Josephi, qui refert *i.e.* quod Judæ duntaxat tribus & Benjaminis, quibus se Levitæ adjunxerant, suô tempore per Asiam & Europam dispersæ paruerint Romanis; decem autem reliqæ Euphraten adhuc federint.

Verumenimvero, præterquam quod, nescio qvō funz damentō insistens, conjicit, Eusebium sentire, contigisse illud inter initia nascentis imperii, cum respublica in Cænanenium

nanensium sedibus institueretur, ac de nomine ejus capienda consilia essent: secus ac Calaubonus de tempore eum suprà statuentem facit: id humani passus est Cunæus, quod Josephus Scaliger, inter fabulas Egesippi referens , adfuisse ejus seculô duodecim Israëlis tribus: cum neuter mentem illorum à quibus dissentire voluit, satis habuerit perspectam. Quod ut in hoc reprehendit & damnat Petavius; ita ego de illo eâ quâ parest modestiâ ostendere præsumo. Quando Eulebius & Calaubonus affirmant: omnium duodecim tribuum commune nomen Judæorum fuisse post decem tribus à Salmanassare deportatas, respiciunt illi sæpè dictas decem tribus, non prout easdem infinita hominum millia sub barbararum gentium sceptrō ; sed haud exigua multitudo, quanta ad constituendas sufficit, in Palæstina referébat. Enim vero ex 2 Chronicorum 30. c. v. 6. constat, quam plurimos Israelitarum de tribubus illis , quas Salmanassar deportavit, evasisse manus hujus, & in antiquis sedibus suis permansisse ; ut Hiskias Rex Judæ i.e.v.1. etiam post abductas decem tribus toti Israëli in Palestina adhuc degenti nuncios, ac literas in specie tribubus Ephraim & Manasse tanquam subditis suis hoc est Judæis, miserit. Nec Josephi mens absolutè accipienda venit. Nam potestate remeandi vel remanendi à Cyro factâ, maximæ quidem decem Israëlis tribuum parti placuit in sedibus suis subsistere; ceu patet cùm ex duplice Thalmude & Gemara; tûm ex itinerario R. Benjaminis; vero tamen utiq̄ simile est, plurimos de illis binis istis tribubus Judæ & Benjaminis, quæ unâ cum Levitis in patriam sunt transvectæ, commiscuisse se & associâsse: imò jam antè , si non catervatim, sigillatim saltem successivè in antiquas regiones suas esse reverflos. Hoc ex desiderio illorum, qui Exemplō Tobiae ejusq; cognatorum rectum Dei cultum servarunt,

B 2

conjicere :

conjecere; & promissione Divina Jerem. 3. c. v. 18. & 50.
 c. v. 4. Zachar. 8. c. v. 13. utriq; domui Jehudæ & Israelis de
 reditu facta haud inepte colligere: nec non ex verbis Ne-
 hemia c. 8. v. 1. qvibus Israelitæ reduces in civitatibus suis
 omnibus dicuntur habitasse, exculpere licet. Inde Esra 6.
 c. v. 17. legimus oblatos esse in dedicatione Templi Secundi
 hircos caprarum pro peccatis totius Israelis duodecim,
 secundum numerum tribuum illius. Inde Paulus Act. 26. c.
 v. 7. mentionem facit duodecim tribuum; & quidem Judæo-
 rum v. 4. Inde Jacobus epistolam suam 12. tribubus
 per Aliq[ua] mundi dispersis c. i. v. 1. inscripsit. Inde Sal-
 vator noster dicit, se non nisi ad oves Israelis misericordum esse
 Matth. 15. c. v. 24. & dilectè jubet Apostolos viam gentium
 fugere c. 10. v. 5. qvi tamen extra territorium Benjamitarum
 & Judæorum strictè ita dictorum vivâ docuit voce & mi-
 racula insuper patravit. Sed meum est filum abrumpere.
 Hæc ergò sunt qvæ præfationis loco dicenda habui de no-
 minibus Populi Sancti sub Veteri Fœdere, cujus Rempu-
 blicam describere aggredior.

DE Regimine Patriarchico

SECTIO I. DE MAGISTRATU.

§. I.

IN describenda POLITIA POLITICA Populi Sancti sub Veteri Fœdere idem in Historia Sacra agere deprehenduntur Divini Scriptores, qvod in computi regnorum Ethnicorum delineatione observatum est ab authoribus prophanicis, qvi certa intervalla, qvibus mutationes insigniores contigerunt, definire solent. Quemadmodum enim in Regno Romano distinctas habemus periodos, qvibus

qvibus Reges, Comites, Dictatores, Decemviri & Imperatores reipublicæ tenuerunt clavum ; sic in Republica Populi Dei sub Veteri Testamento DISTINCTÆ occurruunt FORMÆ. Ut autem ab ipsis mundi natalibus & ab ipsa radice ac omnium societatum seminario exordium capiam, primò statim loco se offert regimen, quod SUB PATRIARCHIS duplex TEMPUS involuisse existimandum est. PRIMUS est, qvod antecessit ingressum Israelis in Ægyptum: POSTERUS, qvod posteri ejus in Ægypto anterioribus seculis transegerunt. Cujus in hoc rei, ut italoqui liceat, civilis administratio fuerit, in ipso limine missis ambagi- bus exponendum duco.

§. II. Hic autem sciendum est, eam INDEPENDENTER penes solum DEUM refedisse: & penes PATRIARCHAS tamum DEPENDENTER. De DEO liquido constat, qvod summam semper potestatem, qvà Populus suus priscō ævō est gubernatus, apertè sibi reservarit: cum Magistratum constituerit Gen. 3. c. v. 16. leges etiam fundamentales à se conditas oretenus ei tradiderit Gen. 26. c. v. 5. aliaq̄ sibi vendicarit Majestatis jura, qvæ in regenda ac tuenda republica hodiè usum suum habent. De Patriarchis qvoq̄ res clara est, eos illō temporis intervallō proxime Deum summā inter homines potentia in suos domesticos polluisse: qvandoqvidem Adamus à Creatore suo gubernandæ familiae clare fatis Gen. 3. c. v. 16. præfectus esse dicitur. Ab hoc autem & ante & post diluvium ipsam ad pios posteros esse devolutam, indicio est facultas belligrandi Gen. 14. c. v. 14. pangendiq̄ feedus v. 13. & 21. c. v. 27. in Abrahamo, & alia in aliis. A Patriarchis porrò Jure successionis in filios PRIMOGENITOS eadern derivata fuit. Hinc formulæ illæ in solenni horum benedictione usitatæ: serviant tibi Populi, incurvent se tibi(honorem exhibentes)

tes) nationes & manus tua sit super cervicem hostium tuorum, esto herus fratribus tuis &c. Gen. 27. c. v. 27. & 49. c. v. 8.

S. III. Num hōc successu annorum ad SEPTUAGINTA ILLAS ANIMAS cum Jacobo in Ægyptum descendentes Gen. 46. c. v. 27. & Exod. 11. c. v. 5. transierit rerum summa, qvæ initio penes Patrem familias permanerat, & jure successonis in FAMILIARUM dictarum animarum SENIORES sit propagata, id verò valde obscurum est. Certe Bertrami collectio de Rep. Ebr. c. 5. qvā ex eo, qvōd Seniores in Populo fuerint, ad qvos Moses mandata pertulit à DEO Exod. 3. c. v. 16., peculiarem à superiore Ebraeorum Magistratum elicit, manifestā imbecillitate laborat. Quid enim prohibet, ut credas, Mosen ideo ad illos esse ablegatum, qvod commodiūs, si ipsis congregatis rem exposuisset, ea ad universum populum deferri posset. Gemella terè v. 21. c. 12. Exodi apparent, ubi legere habebis. Aben Ezra ad Exod. c. 4. v. 19. זְבַדְיָה: SENIORES definit eos, qvi in consilium adhibiti fuerant וּרֹאֶרֶת in ætate & ætate seu anterioribus seculis; & Altingius de Rep. Schof. Ebr. p. 73. munus eorum לְהַנִּירֵגַת populum universum dirigere ac docere finitile dicit. Unde nihil aliud conficitur, qvam eosdem PATRES SEU MODERATORES Populi denotare, qvos hic propter proiectiorem ætatem, de qua ita sunt dicti, & experientiam multarum rerum crescente numero piorum & tyrannide Pharaonis ingravescente maximē in publicis negotiis consulere solitus est. Magnæ igitur authoritatis quidem fuerunt: at inde minime seqvitur, qvod rei civilis administratione functi sint; aut magistratus propriè dicti audiverint. Et hæc vocis Seniorum acceptio adhuc post exitum Israelitarum ex Ægypto obtinuit: siquidem capite 24. Exodi versu 1. septuaginta de Senioribus Israelis introducuntur, ad qvos, Mote Rempublicam tum administrante.

te, ne potetas qvidem causas dijudicandi pertinuit, ut ex v.
14. elucet. Qvanqam non negaverim, illam eō ipso tem-
poris tractu nomen quoq; officii esse cœpisse, quæ in Ægy-
pto solius videtur fuisse dignitatis. Insignis locus est, qui
c. ii. Numerorum v. 16. habetur: ubi Moses Septuaginta de
Senioribus Israelis, qvos nōrit populi esse Seniores & præ-
fectos aggregare à Deo jubetur. Hic enim accurate Se-
nioribus contradistinguntur; quod probè notari velim.
Nec firmior est conjectura, qvam ille ^{לְ}de numero sapientia
tautorum Seniorum fecit; eoq; Septuagenario, ex septua-
ginta scilicet animarum, qvæ ingressæ sunt in Ægyptum,
familias delumitorum, ut leptuaginta Ebraeorum gentes
repræsentarent posteris & rem publicā gubernarent. Addu-
ctus præterim mandatō Dei Exod. 24. v. 1., qvo præcipitur,
ut unā cum Mose, Aarone, & Nadabo ac Abihu מוקנים
שביעם וישראל septuaginta de Senioribus Israelis in montem ascen-
dant & eminūs adorent: qvod ipsi; cum non exprima-
tur qvis ac qvō modō illos eligat, & iidem v. ii. אצילים
בנֵי יִשְׂרָאֵל Optimates filiorum Israelis dicantur, de re
dudum nota agere videtur. Nam si hæc suō starent talō,
Sacer Historicus utiq; scriptislet מוקנים קהילתי Septuaginta
illi de Senioribus: aut השבעם הווקני Septuaginta illi
Seniores; cum ה סיל. notificativo; idq; vi indolis lingvæ:
aut בְּנֵי יִשְׂרָאֵל Septuaginta Optimates
filiorum Israelis, id est גָּדוֹלִים magnates, uti interpretes
Ebræi vocem illam vulgō exponunt. Qvapropter & Se-
ptuaginta viros illos ex Senioribus Israelis tum demum
fuisse feligendos (â qvo & qvō modō definire non teneor.
& eosdem titulum Optimatum filiorum Israelis cum reli.)
qvis communem habuisse; cum simpliciter scriptum le-
gatur: Septuaginta ex Senioribus Israelis: prorsus perswasum
habeo. Quid verò de Septuaginta gentibus Israelis & cœ-
teris,

teris, quæ idem l. c, ad rem præsentem accommodavit, sit sentiendum, intrâ pluribus docebitur, ubi oportunior dabitur locus. Sit ut ut sit, hoc in propatulo est, exuberante Ebræa multitudine rei civilis administrationem in Ægypto tyrannde posteriorum Pharaonum si non planè ereptam Israëlitis, taliter esse imminutam valde; dum sibi judicandi facultatem, ut colligitur ex c. 2. Exod. v. 15. unâ cum potestate creandi præte^{et}os, ceu ex c. 5. Exod. v. 14. patet ad oculum, alias eorum iura vendicarunt.

Tantum de Magistratu.

SECTIO II.

DE LEGIBUS.

§. I.

QVIBUS LEGIBUS porrò & à quo institutis hoc regimen à Patribus administratum fuerit, disqvirendum venit. Franciscus Svarezius *de leg. 1.9.c.* 1. inter alia hæc ponit verba; ante legem Mosis probabile est, Deum dedisse hominibus unum vel aliud præceptum pro illo tempore juxta consilium voluntatis suæ. Verùm qvæ & qualia dedisse eum autumet, non addidit. Deum primo homini statim post lapsum Sex succurrisse legibus: nempè de idolatria, de blasphemia, de homicidio, de incestu, de rapina, & de Judiciis; ac post diluvium Noacho superaddidisse SEPTIMAM; scilicet de carne cruda, nul'ô ferme non locô inculcant Judæi; ceu videre est apud R. Maimonidem *in hilc. metach. c. 9.* & R. Bechajum *in comm. in Leg.* nec non in jalkut, libris ipsis tantum non authenticis. Accensent hi se quidem alii APPENDICES *in Baal Aruch*; uti sunt Sabbatum & honor parentum: alii tamen *in jalkut* sentiunt aliter, qvi eas indecalogo demum adjectas existimant. Quid in Schemos Rabba insuper Abrahamo adhuc Octo: Jacobo vero NOVEM traditas fuisse, legere est, Adami autem cum primis

primis & Noachi leges non perfecisse animam hominis; sed fuisse tantum ordinatas ad conservandum cœtum huma-
num pro ratione temporis, in quo fuerunt constitutæ, scq; in star CIVILIUM duntaxat legum habuisse, R. Abravanel
in Rosch Amana p. 17. edit. Venet. affirmare haud veretur.
Idq; æstu disputationis adversus Christianos abreptus: con-
tra quos ut perpetuitatem & prærogativam Legis Mosai-
cæ demonstret, sociennis suis in os contradicere parvi
ducit. Præterquam enim qvod illæ in lib. Chin. f. 10, NA-
TURALIS legis compendia vocantur; à R. Bechajo l. c. f. 2, col.
3. & f. 17, col. 4, atq; f. 215, col. 2, dicuntur præcepta INTELLE-
CTUALIA, qvæ intelligens nihilominus invenislet in intelle-
ctu suo, si vel maxime non fuissent scripta, eaq; compro-
basset; & à constitutionibus pro tempore datis accurate
distingvuntur; imò R. Mole Ben Majmon, l. c. c. 8, ab
eararundem obseruatione & intermissione præmium & pœ-
naam, qvidq; ipsam vitam æternā à Deo expectandam censem.

§. II. Sed planè missō hoc Recutitorum somniō, pro-
babilius omnino statuunt Christiani, non saltem illas; sed
& alias non minus nobilissimas leges, docente id Scriptu-
rā Mosaiicā, jam Patriarcharum tempore obtinuisse. Qvæ
non solum morales fuere & ceremoniales, de qvibus alibi
agendi se offert locus; sed qvoq; CIVILES tam non funda-
mentales; qvalis lex de homicidio morte plectendo c. 9.
Gen. de fratribus unius sine libris mortui uxore ab altero du-
cenda c. 38. *Gen.* de incestu igne puniendo l. cod. &c., qvam
FUNDAMENTALES uti Politici hodiē vocant; qvalis lex
de primogenitura c. 25. &c. de qvibus imprælentiarum
qvæstio maxime instituta est. Eaq; ipsæ à DEO ORETE-
NUS sunt TRADITÆ, ut ex c. 26. *Genesios v. 5.* appetet; ubi,
qui enumeratas leges servārat, suas leges, præcepta & tra-
tuta Abramum servāsse, Deus diserte perhibet. Ut fru-

C

stra

strâ prorsus sit Bertramus *l.c. c.2.* non planè constare afferens, qvibus legibus & à qvo institutis hæc politia administrata fuerit, si illas exceperis, qvæ extant initio c. 9. Geneseos; sed verisimile videri. PRIMOS PARENTES ex verbi Dei interpretatione atq; ex ipsis communibus notionibus & præsenti necessitate reliquias statuisse, quæ postea à qvis busdameorum posteris auctæ & suis locis ac temporibus accommodatae fuerunt. Nam distincte hæc erant propo-nenda & omnia, suō tamen modō ad Deum TerOptimum Maximum accommodanda.

SECTIO. III.

DE JUDICIIS.

§. I.

Progredior ad JUDICIA, qvæ in Sancto Populo pri-mis etiam seculis viguisse, nemo facile negabit; nisi qui negare velit, justissimos Patres in suis injustitiam vindicare noluisse. Cum verò de CIRCUMSTANTIIS eorum parum ex Genesi liqueat atq; Exodo, qvod scriptione fit di-gnum; imo de qvibusdam vix aliquid; PERSONAS judicantes sub considerationem paucis revocabo. Nam Locus qvidem Abrahami tempestate FONS fuisse vide-tur: siqvidem *Gen. 14. c. 4. v. 7.* Kedor Laomor & Reges, qui cum ipso erant, dicuntur reversi ad fontem ~~vadu~~ ju-dicii, qvi ita videtur appellatus, qvod ibi incolæ convenie-bant & causas forenses disceptabant, ac lites componebant; sicut non male hunc locum Onkelosius & Fagius interpre-tantur. Et SUPPLICIA CERTA cum temporis quoq; in usu fuisse, e.g. capitalia in homicidio *Gen. 9. v. 6.* ut & INCERTA pro ratione delicti constituta *Gen. 31. c. 32. & 33. v. 24.* iatis liqvidò constat. At de tempore & processu aliisq; altum est silentium. Ante introitum igitur Israelitarum in Ægyptum PATRIARCHAS JUDICES fuisse, extra dubitationis aleam

aleam esse positum, ex iis, quæ suprà de Magistratu attuli, non potest non esse dilucidissimum. Ne tamen nudis verbis triumphare videar, exemplum unum atq; alterum in medium procedat. Ita Jacobus summâ severitate in suos animadvertisit. Gen. 31. c. v. 32. cui furtum capite plectere animus erat, qviq; Rubenem ob incestuosum concubitum admisum Gen. 49. c. v. 8. primogenituræ privilegiis exuere voluit.

§. II. In Ægypto qvinam ante tyrannidem Pharaonum illud officium gesserint, æq; haud liqvet. Bertramus l. c. c. 5. tribuit illud SENIORIBUS, quorum numero שׂוֹרִירִים PRÆFECTOS fuisse dicit, qvos Pharaō curavit creandos; eosq; rerum judicandarum peritores & consultiores reliquis Senioribus ac earundem judicatarum executores facit. in not. ad eum p. 362. Qvanquam gratis & sine authore. Qvod Constantinus l' Empereur in not. ad eum p. 362. eatus haud diffitet, qvatenus eos judicasse vix credit; sed judicata tantum mandasse executioni & populum ad obsecrum coëgisse statuit. Qvâ rei veritate itidem videbimus. Seniorum enim dignitas ibi qvæ fuerit, qviq; judicum numeretunti sint, suprà Sect. 1. & 3. prolixè satis ostensum esse puto. De præfectis autem commemoratur, qvòd à Publicanis & Exactoribus Pharaonis ex Israelitis selectis ac constituti in dirigendis & urgendis popularium suorum operibus Tyranni utilitatem respicere coacti fuerint Exod. 5. c. v. 14. : at qvòd illi in Ægypto Seniores audierint unquam & judicum munus obierint, aut judicata saltem sint executi, id ne obsecrè qvidem, quantum ego memini, ullibi innuitur. Qvamobrem hosce ab illis, qvorum ulius post egressum Israelitarum ex Ægypto Num. 11. c. v. 16. &c. cœpit in deserto esse prorsus censeo discernendos; qvod nec Bertrandum nec Imperatorem observasse minime mirandum est.

est. Commune enim id habent plerumq; viri alioquin doctissimi cum Rabbinis, qvorum penetralia illi percepserunt, ut antiquitates anteriorum temporum ex seqviorum institutis dijudicare tentantes, multa præpostere contundant; ceu commodiore in loco inferius plurimis demonstratus sum. Interim prioribus temporibus PATRES iudiciorum exercitium continuasse ibidem, cum nondum in-

valuerat tyrannis posteriorum Pharaonum,

etiamnam ut potius inducam, obistare nihil video.

SECTIO IV.

DE SUBDITIS.

TAndem ad SUBDITOS pervenio, familiam scil. Patriarcharum, cujus liberos & servos non solum atq; servas, sed & reliqvos, qvalis nurus & uxor, censi rationes esse, ex Geneseos c. 3. v. 16. patere in confesso est. Hanc bipartitam jam Abraharni ætate fuisse, & ex indigenis pariter & proselytis conflatam, perinde ut seqvioribus seculis, Judæi omni conatu adstruunt. Qvando n. Gen. c. 12. v. 5. legitur: & aslumis Abram Sarai uxorem suam & Loth filium fratri sui & omnem substantiam qvam acquisiverant & animam, qvam fecerant in Charan, liber jalkut. p. 17. col. 4. ex Beresch. Rabbi (qvibus adsentiuunt Massechet Sanhedrin c. 11. R. Salomo in comm. & qvod plus est, uterg Targumista) ad ultima verba hoc suggerit commentum: animæ sunt proselyti qvos fecerunt. Cur autem dicit (Moses) נָשָׁר עַשׂ qvam fecerant? Ad dicendum te, quisqvis gentilem adducit vel convertit, de eo loqui Scripturam, ac si eundem genuisset. At dicendum videtur נָשָׁר עַשׂ qvam fecerat, cur itaq; in plurali נָשָׁר fecerunt? Dixit Raf. Huna: Abram proselytos fecit mares, Sara proselytas

profelytas fecit scemellas. Verum enim verò contributis ipsorum R. Bechai *in comm. ejusdem loci* saniorem affer interpretationem; Juxta sensum, inquietus, literalem intelliguntur servi, quos habebat, & animæ notant natos domus ejus (Gen. c.14.v.14.) quos naesti sunt in Charan. Et licet paulò post subjiciat idem: at juxta sensum mysticum anima notat profelytos, qui sub alas Majestatis congregati sunt: ego tamen Ipretâ sensuum, quos Judæi jaicitant, multiplicitate, literæ, quo ad ejus fieri potest, ut alibi semper, ita hic unicè insistendum judico.

§. II. Qyocircà, cur cum Talmudistis, & eorum seqvacibus eo quod dilabatur, causæ nihil video. Non adeò insolens hoc est, quod verpi priscorum rituum originem ab ultima usq; antiquitate arcessant, quâ probabilitate id faciant parum pensi habentes. Qyamqam inficiari noluerim, fieri potuisse, ut Patriarcha unus vel alter peregrinos habuerit in familia sua, etiam ab impura religione ad genuinum Dei cultum perductos. Nam præcipue negatum eo, profelytismô eos non fuisse inauguratos, qui ritus diu post introductus est. Sed de eo amplius dicendi campus alibi se aperiet, ubi de profelyto domicilii ac Justitiæ & utriuscj juribus ex professio agetur.

SECTIO V.

DE FORMA.

§. I.

Nunc super haec dieta mens reflectenda est paulum, & quæ FORMA Regiminis in Populo Sancto sub Patribus obtinuerit, considerandum. Gentilium enim Res publicas, quæ Caino filio Adami degenere authore, in mundum introductæ sunt, hic nihil moror. Bertramus l.c. c. 2. existimat; & economicam illam seu privatam politiam, quæ extra Ægyptum ab ipsis est administrata MONARCHICAM

C3

seu

seu Regiam fuisse. usq Qvod si voce illa proprie utitur, prout Aristoteles l. c. Polit. c. 16. Regium Monarcham describit, qvi ~~regat~~ ~~re~~ éautē βέλης omnia agit; id est, ex voluntate sua, omnibusq; imperat; oppidō & alios fallit & fallitur ipse: cum Patres sub Veteri Fœdere secundum leges fundamentales, regnandi formam præscribentibus à Deo ore, tenus datas, adeoq; ex consilio hujus suam duntaxat familiam gubernare tenerentur. Sin improprie eandem accipit; prout Aristoteles l. c. Regem delineat, qui ~~regat~~ νόμον; hoc est, secundum legem præscriptam imperare cogitur; nec hōc pactō ~~an~~ Philosophicam obseruat: cum Aristoteles legem ab hominibus concinnatam intelligat, cui imperantem ita adstringunt iidem, ut summam potestatem sibi servatam velint: quando etiam in Aristocracia ejusmodi Monarcham, eā invariata, regnare posse asserit: Patres verò in suo imperio ita à qvopiam alio homine dependisse probari neqvit. Imò dicam qvod res est. Patrum res civilis potest Philosophicè ne respublica qvidem dici, nedum Monarchia, quæ ejus species est. Non enim ordo qvivis ex mente Aristotelis rempublicam constituit; sed in genere cùm aliorum Magistratum tūm præcipue illius, qvi summam habet potestatem l. 3. Polit. c. 6. & qvidem utilitas gratia: qvalem per omnia Patrum rem civilem fuisse, vix ostendi poterit. Huic accedit, qvod Aristoteles Rempublicam cum speciebus suis à Politiis Gentilium Politicis abstractam tantum exhibere voluerit & potuerit: qvam sane regimine divinitus instituto, cuius usus non fuit non pius & sanctus, satis convenire, nemo facilè deprehendet. Proinde præstat omnino vocabulō Monarchiæ; puta in sensu Aristotelico sumrō, abstinuisse, quantum ego judicare possum: & ~~parte~~ ~~agxiā~~ substituere, qvam dico rem civilem, ubi Paterfamilias proxime Deum in familiam

10

liam suam & reliquias, qvi illi accensentur, summam inter homines habet potestatem, & ad communem utilitatem respicit.

§. II. Hanc verò in Ægypto primò continuatam deinceps ex ipsius sententia qvæ exceptit ibidem ante tyrranidem Pharaonum ARISTOCRATICAM fuisse, idem I.c.c.s. arbitratur; vel certè mixtam ex ARISTOCRATICA & DEMOCRATICA. Verum cum de regimine ipso nihil solidi constet, ut suprà Sect. I. monui; de forma ejus pluribus discere est operam perdere & oleum. TYRANNICÆ saltem

POLITIE posteriorum Pharaonum adversus Ebraeos aperta mentio in exodo injicitur; qvæ crescente numero eorum ingravescere cœpit.

Tantum de Regimine Patriarchico.

De

Regimine Hegemonico.

SECTIO I. DE MAGISTRATU.

S. I.

Cum Populus Sanctus nefandâ Pharaonis tyranhide gravissimè premeretur, DEUS potentissimâ manu suâ illum miserrimè clamantem è servitute eximere Exod. 3. c.v. 7. 8. instituit. Qvō ipso diversa à priori rei civilis ratio oboriri cœpit. Licet enim summa rerum apud Deum tanquam κύρον & ἀρχαντα permanerit non solum; sed & manifestius longè relederit qvām anteā: adeò ut diserté is 1. Sam. 12. c.v. 12. Gentis Israeliticæ REX appelletur. Qvippe qvi in quacunq; gentem posuerit qvidem Rectorem; οὐδὲ λάβει τὸν ἰσχῆλον ἀντα μείδα, ut Syracides 17. c.v. 15. loquitur; hoc est, interprete D. Lutherio, aber über Israel selbst ist HERR worden, sed super Israelem ipse factus sit Rector, Curi gitur sibi Regnum in hunc non vendicaret

I. Sam.

1. Sam. 8.c.v. 7. Qvod cum probe inteligeret Gideon
Judic. 8.c.v. 23, illud acceptare noluit. Imperandi tamen
 potestas inter homines conspicua à Patribus tum transit
 ad MOSEN: immediate à Deo constitutum, qui vicem ejus
 in terris gerens, Populum Ebræum miraculo te educeret
 Ægyptō, & postmodum peculiari modō gubernaret. Nam
 pollebat ille facultate ordinandi Magistrat⁹, belligandi sta-
 tuendi, mandandi, judicandi &c.; cœu ex historia ab ipsomet
 concinnata abunde liquet, singulari ratione à Deo dependen-
 te. Hoc est, regimē tenebat, respectu ad mortales habitō, ab-
 solutum & ad Deū limitatum. Neq; qvicquam legas alicujus
 in politia momenti ab ipso actum, nisi speciatim id jubente
 Deo vel saltem approbante. Unde satis congruè PRO-RE-
 GEM dixeris: qvemadmodum in benedictione ipsius *Deu-
 ter.* 3. c. v. 5. memoratur; & fuit *מלך בָּשָׂר* in recto Rex: id est, tanquam Rex; uti in magno Doctorum virorum
 dislenu Vatablus reddit; qvam mentem etiam D. Luthe-
 rus tuetur vertens: Er verwaltete das Amt eines Königes/
 Regis partes sustinuit. Reprætentabatq; aliquantō tem-
 poris post exitum Israelitarum ex Ægypto magistratum
 solus, inq; eo occupabatur, ut Populum Israeliticum ex
 mandato & præscripto divino duceret ac regeret, & judi-
 caret. Qvod enim Bertramusc. 5. de suis Senioribus dicit:
 videntur illi, qvibus tyrannis Pharaonum Judiciorum
 publicorum cognitionem ademerat, ita ut illis amplius
 non nisi privatim, imò clam de rebus qvibusdam delibe-
 rare liceret, castrensis atq; adeò domesticis rebus impe-
 ditī à judicio abstinuisse, & potestatem interim publicam,
 si modo mentem penetro, actu primo, ut Philosophi lo-
 quuntur, retinuisse, id fictum esse, & non cohærere, supra
 c. i. l. 1. §. 2. late deduxi.

S. II. Cum verò in deserto Arabiæ causis à matutino
 tempore

tempore in multum vesperæ judicandis impar videretur
sacerdos suo Jethroni, gentis suæ curâ & controversiis dif-
ficilioribus obscurioribusq; sibi reservatis partem operæ
judiciariæ; videlicet leviores & planiores lites authore
& svalore hoc Deoq; annuente & populô consentiente Ex.
18. c. v. 17. seq. & Deut. i. c. v. 13. seq. in alios derivare voluit.
Sic introductus est MINOR MAGISTRATUS per Moïsen à Deo
mediatè institutus, qui munus suum ex lege Divina à Mose
conscripta v. 20. c. 18. Exodi administraret. Cujus personæ
desumptæ sunt ex capitibus tribuum, referente id Historiâ
Sacrá; quasi indicet, plerosque viros electos esse ad hoc
munus, ex eorum numero qui in suis tribubus aliquâ di-
gnitate; puta quam ætas & nobilitas conciliant, maxi-
mè vero integritate & sapientia Exod. 18. c. v. 25. & Deut.
i. c. v. 15. eminerent. Et quidem distributione illarum, ita fa-
ciat; ut alias Chiliarcos, id est, Principes Chiliadum, qui
mille, Hecatontarchos, id est, Principes centuriarum qui
centum, Pentecostarchos, i. e. Principes Pentecostyon, qui
quinquaginta; & Decadarchos, id est Principes decuriarum
qui decem præfessent capitibus seu viris hoc est Patribus
familias, eosq; sibi invicem, nî tailor, subordinatos (hoc est
super 78600. principatus inclusivè sumtos; ut decuria in-
cluderetur Pentecosti, Pentecostes centuriæ, centuria Chi-
liadi, qui in 60000. ut R. S. Zarchi ad Exod 18. c. v. 19. docet
6000.) creatas esse subjiciat. Qvod commentum mihi in tanto
sententiarum divortio non potest non arridere: cum ad
eundem modum Sacra sancta Scriptura de Præfectis mili-
tum loquitur; v. g. in postremis 31. capitulis Numerorum
commatibus, cum quibus ita comparatum fuisset in aprico
est. Hunc autem solum in finem, ut dictis in causis po-
pulum semper judicarent, ut ex c. 18. Exodi v. 22. sole me-
ridiano clarius ad oculum patescit. Proinde admittendum

D

non

non est hosce judices jam antè ut cui videri posset; cum ita memoret Moses se dixisse: & sumsi capita tribuum vestiarum, & constitui Capita super vos, in tribus potestate quadam publica gavilos fuisse, qvod alias Bertrami sententia supra c. i. s. i. §. e. confutatæ præsidio esset. Vocabulum enim caput æqvivocè hic sumi, nemo non videt. Nec Bertrami conjectura l. c. c. 6 ex c. 7. Josuæ deprompta tanti ponderis est, ut modò allatam loco moveat: puta Chilades, Hecatontades, Pentecostes, atque decades domorum seu familiarium hic fuisse, quales ibi intelliguntur. Nam qvod ad sententiam, quam defensum ivi, objicit: immensò ferè numerò futuros fuisse sèpè dictos præfectos, si per viros seu capita, id est patresfamilias designati extitissent, hoc, licet seqveretur, nihil absurdum, qvod ego quidem animadvertis, involveret: cum hoc pacto Moses scopum facilis attigisset suum. Et qvod dicit tredecim tribus distributas fuisse in Septuaginta gentes; gentes in familias seu domos; familias in viros seu capita hoc est patres familias, qui filios & familiam habent; nec id extra omne dubium per omnia debet poni; uti ab ipso factum est. Certe qvod gentes illæ in qvas divisiæ fuerunt singulæ tribus Josuæ ætate exactè septuaginta fuerint, non liquet. Contrarium potius ex Numerorum 26. c. conficitur: viz delicer, pauciores extitisse, cum Ebræi in desertis Arabiæ annos ferè quadraginta exegissent: secundum quam distinctionem tamen populus jam occupatâ Palæstinâ semper divitus fuit. Qvin etiam hoc suâ probabilitate indiget, qvod in iisdem judicibus præcipuos fuisse tredecim summos Principes tredecim tribuum, qui inde nomina capiunt Patrum, tribuum, & millium, Principum ac vocatorum cœtum, alias cum reliquis ipsis communia passim in historia Mosaica, aliquando vel soli habuerint, & ad cognitionem

cognitionem aliquam delegati sint Num. 3. 28, & 34. 17. &
 Jol. 2. 14. memoriae securus nimis prodit. Quid de eo
 sentiendum sit, alibi aperiam, ubi de memorabilibus populi
 Sancti aetatus sum. Multo minus procedit Sigonii l. c.
 c. 6. & 7. conatus, quod recens creatum Magistratum du-
 plicem statuit. Judicum & Principum: & huic duplex offi-
 cium attribuit: dum partim in eo, ut consilio civitatum
 praeſent; partim in hoc, ut judicia moderarentur illud
 constitisse autem. Qvando enim Deut. 1. c. v. 15. dicitur;
 ut ille qvidem citat: constitui praeſesse vobis Chiliarchos,
 Pentecontarchos & Decatarchos: & Grammatologegeos
 judicibus vestris, illud principatum eorum in populum;
 hoc in Judices declarare putat. Ut ita, cum priori munere
 fungebantur, senatum convocarint ejus civitatis, in qua
 erant, eumq; de rebus publicis consuluerint: cum, poste-
 riori, ad aliquot eorum Senatorum, tanquam ad legitimos
 Judices, causas dirimendas introduxerint. Verum prae-
 terquam, quod magistrum, cuius usus ex lege Dei in Deutero.
 nocomio c. 16. seq. data, sub Judicibus majoribus postea fuit,
 cum hocce in deserto constituto perperam confundit, Græ-
 ca a versio, quam se esse sequutum ingenuè fatetur, ipi im-
 poviuit. Qvod si Ebraeos fontes consulere potuisset, aut va-
 luisse, verba eorum longè alium sensum præ se ferre, re
 ipipsâ deprehendisset. Utpote qui hic est; & posui eos ca-
 pita super vos Principes (super) mille &c. & moderatores
 tribuum vestrarum. Quidque hisce incubuerit indicatur,
 qvando additur: & præcepit Judicibus vestris eodem tem-
 pore, &c. Qvæ omnia interpretationem, quam locus
 Exodi citatus suppeditat: munus scilicet istud, de quo
 impræsentiarum disqviritur, simplex tuisse in judicando
 certas lites tantum positum, egregie stabiliunt. Idcirco
 Biertrami sententia l.c. stare quoq; haud potest, qvâ Praeſe-

Etos Capitibus tribuum, tanquam moderatores judicibus
 contradistincti. In quo Constantiū l' Empereur in
 notis p. 362. aliosq; Philologos consentientes habet. Tan-
 tum in designando officio Prælectorum discrepant; cum
 ille judges consultiores faciat & judicii executores; i.c.s.
 hic verò ministros, qvibus sola rerum judicatarum exe-
 cutio demandata est. Verba ejus hæc sunt: His judicibus
 Moses adjunxit vel certe ex eorum numero designavit, ut
 videtur innuere institutio Iepuaginta Seniorum, suos
 Præfectus. Qvandoq; videm moderatores hi nec sunt alii
 à cæteris Deut. 1. v. 15, cum in Exodo, ubi eadem res com-
 memoratur, c. 18. v. 25. vox illa שׁוֹרְטִירֵי prorsus omitta-
 tur: nec ejusmodi munus obierunt, cum ex illis qvocq;
 lectum Num. n. 6. Propheticum collegium dicatur, qvod
 apparitoribus constitisse nemini sanæ mentis persuadebi-
 tor. Sed manet potius inconcussum, unum eundemq;
 Magistratum: Judices nempè uno eodemq; munere hic
 functum esse. Nam Præfecti sunt illa ipsa capita quæ po-
 testatem qvandam civilem; judicandi scilicet, eamq; de-
 terminatam in suos acceperunt, ob qvam etiam שׁוֹרְטִירֵי
 dicuntur ibi, ubi Vir DEI populo sancto in memoriam re-
 vocat omnia illa, quæ in desertis Arabiae usu venerant. In-
 terim postremis seculis illam vocis prælectorum acceptio-
 nem invaluisse, haud nego, qvæ tamen non est hujus loci.
 §. III. Qvamvis nec hoc qvidem pacto Moses suffi-
 cerit tantæ multitudini regendæ in omnibus populi nego-
 tiis audiendis & ad Deum deferendis adeoque in perpetua
 illa molestia agendi inter hunc & illum, qvæ in vaga illa
 Israelitarum vita & nondum composita Republica non
 potuit non esse maxima; sed afflictissimum mortalium
 se senserit: præfertim cum plebs manna, mirabile illud
 edulium, qvæ aliquamdiu vicitarāt, fastidiens exprobra-
 ret

ret ei, *Num. 11. c.* qvòd se ex Agypto abduxisset, ubi aliorum ciborum tuerat affatim, & carnem in solitudine importunè efflagitaret. Tum simpliciter coram Deo con-
questus est idem de onerosa totius gentis suæ cura, & mori præoptavit, qvam intolerabili illô munere solus amplius premi. Qui idcirco ipsum jussit Septuaginta viros deli-
gere eosq; ad Tabernaculi ostium deducere, ut tanquam adjuncti duram illam provinciam sublevarent. Et ita MA-
GISTRATUS major Mosis in adjutorium datus est a DEO:
cujus officium in eo unicè versabatur, ut sustineret cum
Mose ong illud populi, de quo questus erat; hoc est, unà cum
eo maxime indignantem rebellantemq; plebem repreme-
ret. Hinc sanè ejusdem membra accepérunt partem Spi-
ritus; hoc est, doni ejus, quo unus Moses hactenus fue-
rat prædictus, & prophetarunt v. 25.; hoc est *κόσμας μη*
correpti laudes divinas peculiari ratione decantarunt (ut
illi 1. Sam. 10. c. & 19.) partim ut ita aliter ipsi animati esent,
quām cœteri; partim ut intelligeret illico omnis populus,
hos viros sibi præcipue venerandos atq; audierdos esse.
Qvam εξοχω etiam retinuerunt postilla; qvod sacer Hi-
storicus innuit, quando addit; ימְלָא, nec ultra cessar-
erunt prophetare: vox נָבִיא enim (ut בָּרֶךְ & aliæ) significa-
tiones planè contrarias obtinet: ut scilicet subinde immo-
rigero populo demonstrare possent. Idq; post legem in
monte Sinain latam accidit paulò anteqvām eò penetrasset
Gens Israelitica, unde exploratores in Palæstinam mitte-
bantur. Interim tamen mansit eximia Mosis præ hisce
viris authoritas, quem ex communi mortalium conditione
exemerat Deus, postqvām illi coram esse, cum ipso loqui,
atq; ab eodem adspici voluit. Quod & Deus ipse Nume-
rorum 12. c. v. 6. 7. 8. qvam clarissimè significat. Inde
maxime solus ille etiam posteà exploratores in Palæsti-
nam

nam alegavit *Num. 13. c.* & legatos ad Edomitarum Regem 20. c. ; nec non Midianitas ultus est i. c. ; imo de rebus gravissimis ex DEI responsis statuit 27. 32. c. & mandata Jehovæ genti suæ exposuit 15. & 17. c. Unde autem lectum sit dictum collegium, id ulteriori disquisitione opus habet. Bertramus l. c. cenfer, illud constitisse ex Senioribus & Præfectis magis probatis, quippe qui videantur illi fuisse, qui jam hoc munus obierant in Ægypto *Exod. 34. c.*; cum inquit Deus, quos nōsti, (quod ipsi sint vide-licet vel fuerint jamdudum) Seniores populi & præfecti ejus; quasi ad hunc Seniorum numerum electi sint ii, qui aliquando eō munere functi fuerant. Ut ita Septuagarius Seniorum numerus, quem Deus lege sancivit, non tam ab eo hic institutus, quam continuatus tuerit, sicut & alia quam plurima apud Patres usitata DEUS ad montem Sinai potius confirmavit, quam innotavit, c. 5. Sigonius l. 6. c. 4. & l. 7. c. 8. existimat constitutum esse a Deo ex hominibus, qui cœteris ætate in toto Israele præstarent; quibus sui additi sint Scribæ, tanquam apparitores, operam ipsis commodantes. An hi ius suggesserint, sive acta literis mandarint, in dubio relinquit. Quibus ego quidem assensum meum præbere haud possum. Etiamsi enim largiar, partem illius ex Senioribus, quorum Historia Sacra 24. c. Exodi meminit; partem vero ex Præfectis qui i. g. c. ejusdem instituti dicuntur, desumptam fuisse; eos tamen Seniores, qui in exodo inducuntur, jam in Ægypto potestate publicâ fuisse instructos & eosdem cum his, quorum in Numeris c. XI. fit mentio, id ut semel c. 1. si. n. 2. quantum ad prius explosi: ita quoad posterior etiam nunc pernegero. Si quidem viri illi, de quibus quæstio instituta est, tum demum fuerunt lecti *Num. II. c. v. 16.*, cum Moses questus esset de molitia, quæ ipsi a suis tacesti solebat. Dein sequela illa

illa nimium quantum infirma est; jussit Deus collegas Mo-
sis ex Senioribus & Præfectis veletiam Scribis, (si Græcæ
versioni fidendum esset, in qua οὐτοις περ γένους redi-
duntur.) detinere: ergo inter illos alii Principum officium
sustinuerunt, alii Prætorum vel Scribarum. Qvis qva so-
eos non de illo qvod fuerant; sed qvod fieri debebant de-
nominandos esle ignorat? in hoc verò ullam differentiam
tuuisse, Sacra Scriptura ne apice qvidem indigit. Quemad-
modum & numerus membrorum sæpius taeti Magistratus
omnibus idem non est. Eorum præcism, faciunt quidam,
narrante Bertramô l. c. Septuaginta duorum, qvæ Senio-
res & Præteori descripti fuissent ex duodecim tribubus: ex
quibus tamen Moses duos reliquerit in castris Num. 11. c. v. 26.
quod Dominus septuaginta duntaxat adduci jussisset. Hic
etiam ex Numerorum 26. c. sic initus dici potest eidem, ut
pprimum subductis ex numero familiarum iis, qvæ à primis
patribus denominantur, & in earum locum substitutis tam.
iis, qvæ ab illis præcipuis stirpibus deductæ sunt: ut verbi
gratia, expuncto Partitarum nomine & in eorum locum
cum substitutis Chetfronitis & Chamulitis, ex duodecim
tribubus reliqvas suppitemus, qvæ erunt qvinqvaginta &
una; deinde ex Numerorum 3. c. v. 18. item ex Exod. 6. c. v. 17.
œsto Levitarum familias seu gentes; ut illæ locis accuratis-
simè describuntur, ita ut jam assurgent Ebræorum fami-
liae seu gentes numerô qvinqvaginta novem: qvibus additi
dicantur tredecim summi Principes tredecim tribuum.
Et verò centus ille 26. c. Numerorum niti videatur nume-
rò illò septuagenario, qvi præscribitur Genesios 46. c.
Nam & eadem ferè utrobiq; familiarum seu gentium sunt
capita; & si qvæ in Numerorum censu omisla sunt & illis
alia substituta, illud inde factum est, qvod capitum illorum
familia & cladibus qvæ in deserto contigerant, prorsu
deletæ

deletæ essent, & ad retinendum leptuagenarium numerum, aliæ illæ subjectæ sint. Qvin immo & Numerorum 26. c. v. 46. in illius rei vestigia Moses meminisse videatur Serachæ filiaæ Aseris. Sed qvia census illæ 26. c. Numerorum ætus est post lectoris istos Judices (qvales ipsi quidem audiunt) & maximas clades in populo editas: & fortasse ejusmodi difficultates in ipsorum capitum & familiarum restitutione occurrant, qvas facile non sit expedire & dissolvere, satius arbitratur, hunc numerum omittere. Imperator tamen in notis p. 364. Hæc non impedire dicit, qvo minus ex numero familiarum, qvarum Numerorum 26. c. fit mentio, septuagenarius Judicum (pro qvibus & ille agnoscit) numerus ineatur. Qvamvis enim census ille Numerorum 26. c. actus tum sit: num inde conseqvitur, inquit, familias easdem (qvæ ex nominibus Patriarcharum, qui cum Jacobo in Ægyptum descenderunt, ferme nominantur) non fuisse, qvæ antè fuerunt? Fateor, plurimos, ex Dei sententiâ in peccatores latâ, in deserto obiisse: verum id fieri potuit, manentibus iisdem gentibus ac familijs, qvæ in posteris continuantur. At nullam in familiarum numero mutationem accidisse, inter initia commoratio- nis Israelitarum in Ægypto, & recensionem Numerorum 26. c. factam comparatio capitis 46. Geneseos cum dicto capite Numerorum evincit. Confer tamen capita familiiarum in Benjaminis tribu: qvæ capite 46: Geneseos sunt decem, qvum ex iis non nisi familias septem enumeret Moses Num. 26. c. Qvin etiam, qvæ hoc capite recensentur, familiarum capita in Ephraimi & Manassis posteris, non commemorantur Geneleos 46. c. qvia in Genesi eo- rum imprimis ratio habetur, qui in Ægyptum descendebant, non vero ibidem posteā nasciebantur. At, si qværas, cur in familiarum recensione nepotes Josephi, immo pro- nepotes

Nepotes & abnepotes, familiarum authores habeantur; qvod in aliis Patriarchis non observatur: id considerandum, duos Josephi filios Ephraimum & Menassem, ut tri-
num authores spectari, & Jacobi filios censeri; immò corrum liberos censeri filios Josephi. Qapropter, sicut in
reliqvis duodecim Patriarchis familiæ demū à filiis, qvan-
doq; etiam nepotibus, denominantur, atq; idcircò me-
morantur Numerorum 26. c. pariter nepotes
iimmò ab etiam pronepotes & abnepotes Josephi: qui ut
Ephraimo & Menassi, sic etiam Josepho, adscribebantur Gen.
448.c.v.51 Hæc verbis Abrabanielis *ad eum locum prolixé*
lēatis illustrat; videlicet qvæ de posteris Josephi disputari
possent: qvod filiis posteriores capita familiarum habeantur
Numerorum 26. c. qvum in aliis Jacobi posteris ista
dignitas profectis cum Jacobo in Ægyptum tantummodo
tributatur, nec ad gradum extendatur ulteriore. Haec
etietiam ille. Alii apud Bertram. l. c. faciunt Septuaginta
unius: fortasse qvod judicum numerus (ex conjectura
illius) impar esse debeat. Atq; huic numero vulgo Ebræi
subscribunt, qui suum Synedrium vocant de nomine Ses-
pituaginta unius, *in Sanhedrin capite primo*. Hi vero numeri,
(ut Bertram sibi perswasum habet,) satis commodè hoc
modò conciliari possunt. Cum enim Dominus diserte
SS. priuaginta ad se aggregari jubeat, verisimile est, ait, pri-
num Septuaginta duntaxat fuisse qvibus Moses ad cœtum
moderandum additus Septuagesimum primum efficerit:
Suum vero Sacerdos de Jure responsumus Septuagesi-
num secundum. Sed curiosè hæc magis quam cum rei
veritate ventilantur. Nihil vetat, duos illos viros, qui
in castris manserunt, de numero Septuagenario fuisse. Et
fundamentum, qvod in numero gentium Israelis qværitur,
istud nulum est, uti mox docebitur. Qapropter recte sen-
xit Bertram, alterum numerum nempè Septuagenarium

in Sacra Historia definitum amplectendum esse , atq; retinendum. Qvod autem id vel propter illas rationes, qvas superiore capite s. & sub istius initium commemoravit; ne ipse qvia ejus origo petita videtur ab eo , qvod tam dñe fert & tam crebro in Sacris Literis repetitur , Septuaginta animas ingressas tuisse in Agyptum, qvæ septuaginta gentes constituerint, faciendum esse dicit, sua difficultate non caret. Qvodque deinde c. 6. ad Genesios 46. c. recurrat, utpote qvō locō melius ac certius numerus ille constet. Sic enim Septuagenerium inde intire posse docet, ut loco Jacobi & duodecim filiorum ejus assumantur tredecim summi Principes tredecim tribuum, deinde ex unaqvaç nepotum ipsius Jacobi illic denominatorum familia aliquis unus defluntus dicatur. In locum Dinæ filiæ Jacobi, & Serachæ filiæ Aseris substituti dici possunt aliqui ex posteris aliorum capitum : vel certè duæ illæ per se caput fecisse duarum familiarum, qvæ sint vel ab ipsis in rei ipsius memoriam, vel ab ipterum maritis denominatae. Sicut filiabus Tselophchad accidisse oportet: utpote qvæ in paternam hæreditatem deficientibus fratribus successerint. Porro ad supplendum numerum horum capitum, his qui moriebantur absq; posteris verisimile est substitutos semper tuisse aliquos ex proximis. Hæc fermè omnia levibus ac vagis conjecturis superstructa sunt, & Sacrosancta Scriptura calculo destituantur.

s. IV. Hoc regimen post Mosis discessum sub Josua filio Nunis aliquando continuatum est. Ille enim ~~gen-~~
~~pat-~~
~~ma-~~
~~nus~~ edocetus, fore jamjam ut humanis rebus eximere-
tur, & qvidem ante, qvām Gens Israelitica, cūjus haec tenus
Dux extiterat, Palæstinam occupasset. Num. 27. : oravit
Deum, ut suum in locum alium surrogaret ; qui precibus
annuens hunc soleanniter denominari curavit. Mole igni-
tur

tor decedente, uti Josuam confirmabat Deus *Jos. 1, 5*; ita populus, se dicto ejusdem velle audientem esse, quemadmodum Mosi fuerat, Ianissimè recipiebat. Ut omnino hic durasse videatur ordo ille, qui antè observatus fuerat. Nam Josua duxit populum: præscripsit ac præcepit illi ex mandato Dei facienda in occupatione Palæstinæ; designavit & misit exploratores; monebatur à Deo de scelere ab Achano commisso; pactum inibat cum Gabaonitis, & Principes ceteros jurejurando id confirmare jubebat. Paucis; Josuæ auspiciis proximè Deum omnia gerebantur.

SECTIO II.

DE LEGIBUS,

§. I.

LEGES porrò, quibus Gens Israélitica etiam ad frumentum politicum bonum sub Ducibus gubernaretur, condidit Deus ipse, & Mosi oretensis tradidit. Qvod tam manifestum est, ut nullâ probatione operosâ indigeat. Elucet enim id clarissimè ex quamplurimis Exodi, Leviitici, Numerorum ac Deuteronomii capitibus, ubi copiosæ & multiplices ac sæpius repetitæ illæ occurunt. Qvin cum Deus ex Arabia Monte Sinai pararet easdem & alias ferre, de se ipso præfatus est hunc in modum: *Exod. 20. Ego sum Jehovah Deus tuus, qui eduxi te ex Ægypto, domo servitutis.* Et ut accuratiū à moralibus & ceremonialibus legibus dictæ politiæ, qvarum recensione Codicis Mosaici bene magna pars quoq; consumitur, distingvi possint, FORENTES dici conservaverunt, Qvæ ruris dispelegendæ in FUNDAMENTALES & NON FUNDAMENTALES: cum Deus non sololum Ducibus modum imperandi definiverit, sed & subditistis qvid inter se agant, determinaverit. Singulas autem prepressius considerare, operæ qvidem magnum fuerit prætitium, meitamen in præsentia haud quaquam est instituti.

E 2

Fecerunt

Fecerunt id viri Clarissimi Constantinus l' Empereur in
tractatu de legibus forensibus Mosaicis, & Johannes Henricus
 Höttingerus in *Nomothesia Mosaica*, qui consuli possunt. Ut
 tamen Leges ipse tulit Deus, ita & obscuriores sciscitant
 Mosi declaravit. Imò qvoniam omnia, qvæ usū venire
 poterant, iis semel non fuerunt definita, novas insuper
 oblatā occasione addidit; & immunitatem qvibusdam;
 qvibusdam certis in casibus privilegia pariter concessit.

S E C T I O III, D E JUDICIIS.

§. I.

Proprio ad JUDICIA, qvæ sub Ducibus floruēre. Exer-
 cebat illa primum MOSES solus in genere omnia. Post-
 modum CHILIARCHI, HECATONTARCHI, PENTECOSTARCHI
 & DECADARCHI semper leviora & qvæ magis liquidi juris
 essent: graviora verò, & in qvib⁹ lex deficiebat, vel obscurior
 erat, ad Molen pertinebant. Et qvidem utrinq; secundum sta-
 tuta Divinitus accepta. Quemadmodum hæc ex Sectione pri-
 ma hujus capitatis fatis constare possunt. De Septuaginta
 viris Mosi adjunctis saltem controversia oborta est. Sigo-
 nius l.c. 1. 7. c. 6. Bertramus l.c. c. 6. & Cunæus l. 1. c. 12. cum
 Talmudicis in Sanbedr. c. 1. aliisq; magni nominis Philo-
 logis illos judicasse censem, synedriumque istud magnum
 repræsentasse, quod hic constitutum à Moše temper deinde
 sub judicibus Regibusq; & Pontificibus usq; ad extremam
 Judææ desolationem perpetuā cooptatione transserit, tue-
 ritq; semper in ea urbe, qvæ Sanctuarii sedes atq; reipu-
 blicæ arx esset. Verū ut sententiæ huic subscribam à me
 impetrare non possum. Prohibet enim id cùm occasio
 instituti dictorum Seniorum confessus: qvam querelam
 Mosis de onere aliquo summorum Judiciorum; qvod scil.
 nec sic qvidem, puta Chiliarchis &c. constitutis majori-
 bus

bus & difficilioribus causis dirimendis solus sufficeret, uti
 Bertramo videtur, fuisse, vix leviter Numerorum II. c.
 immittitur; Non enim oblata eitum fuerat gravis qvædam
 caontroversia jndicanda, non jure qvidam inter se voluerant
 exxperiri: tūm ipsa formalia institutionis, qvæ Deum fe-
 ptiuginta viros eligi voluisse, qui unā cum Mōse graviores
 causas dijudicarent, uti Bertramus docet, nullō verbō in-
 dicant. His accedit qvòd in toto Veteris Testamenti co-
 dice Prophetici collegii judiciarii tantum aut verò ex se-
 ptiuginta membris constantis, nusquam mentio injicia-
 tur: & qvòd illud ipsum in Palæstina, republica jam statâ
 videatur desississe; ut intrâ pluribus monebo. Rectè igi-
 tut Cuna us fluētuans prima tempora proximaq; illis tan-
 quam fermè obscura mittit. Cujus vestigia & ego pressu-
 rius, quæ de hoc judicio vulgò afferuntur, ad alium locum
 rejeiciam, ubi originis & vigoris ejusdem manifestiora
 iudicia se prodent. Conditiones judicum, quos recensui
 commemmorante Sigonio I.c. c.6. qvatuor ex lege Exod. 22.
 c. et elicuit Philo in libro de judice: unam ne vanos auditus
 excipiant, qvia aures minus fidei habent, qvam oculi, ut
 quibus non cum rebus ipsis sit commercium, sed cum verbis
 rerum interpretibus, non semper veritatem sectantibus.
 Alteram; ne munera accipient, qvòd excecent etiam
 prudentes & subvertant verbajustorum. Nam muneri-
 bus induci ad injustitiam est scelerati hominis; seminali
 non reddere jus absq; operæ præmio. Tertiam: ut causas
 partium examinent ante judicium femotō omni persona-
 rum respectu, sive sint cives, amici, familiares, sive contra-
 ne ne qvid benevolentia vel odium cognitioni officiat. Quar-
 tarcam: ne in judicio pauperis misericordiā moveantur. Nam
 misericordiā debetur infelicibus: qvisqvis autem sponte
 malè fecit iniquus est, cui pœna proponitur. Qvas suo loco
 relinqvo.

relinquo. Cumq; de circumstantiis reliquias commentatione dignum nihil reperiam, exceptis POENIS ; de hisce pauca in medium allatus sum. Fuerunt aliae certae ac DETERMINATAE ; aliae incertae ac INDETERMINATAE. Præterquam enim qvod secundum supplicia à Deo per Mosen definita iisdem vel similibus delictis eadem vel similia malefici sunt irrogata; s;pe etiam accidit, ut Deus consulenti Mosi in casibus dubiis singulare qvoddam genus indicaret, vel s;ntem ipse ad occultum raperet. Lev. 10. &c. 24. Num. 11. 12. 14. 16. &c. illarum rursus aliae. NON-CAPITALES fuerunt, v.g. restitutio & venditio Exod. 22. c. in furto ; multa & talio c. 21. in certis casibus ; verberatio Deut. 25. c. atq; exilium c. 21. ; aliae CAPITALES, ut combustio Lev. 20. ; Lapidatio Lev. 24. Num. 15. Deut. 13. c. ; decollatio & strangulatio sive suffocatio aut suspenditum. Deut. 21. c. Qvem numerum pleriq; Doctorum cum Talmudicis in Sanhedr. c. 7. defendant. Sigonius verò l.c. 1.6. c. 8. cum qyibusdam aliis crucifixionem addit. Sed fallitur. Locò enim Deut. 21. c. v. 23. citatō , quō ntitur , lignum de cruce non esse accipendum ; sed patibulo , tām clarum est, ut demonstratione opus minimè habeat. Nec exemplum Num. 25. c. allegatum crucifixionem ; sed potius suspenditum probat. Ideoq; sine causa dubitat modō dictus author strangulationis ullam in Veteri Testamento mentionem fieri,

SECTIO IV.

DE SUBDITIS.

Reliqum est, ut SUBDITOS ordine hactenus instituto, recenseam. Hi fuerunt POSTERI JACOBI; nimirum 600000. illi Exod. 12. c. v. 37. qviq; cum ipsis erant PEREGRINI, ex Ægypto cum Mose egredientes. Israelitas qvod concernit, num septuaginta familias exacte semper exhibuerint ; ut Bertramo l. c. & Imperatori placet incertum est.

erit. Idq; non temet superius tungi, h̄c verò ex protelō, ut at ajunt, declarandum erit. Qvod enim supponit ille, censu fūsi, qvi in septuaginta Ebræorum gentibus à Mōse propo-nicnatur, vel ab ipso earum parente Jacobo sub postrema vivitæ tempora actum fuisse, vel certè statim pōst illius mor-tem ab ejus filiis, ut l. eo solo manifestius aliquando lique-re de implemento promissionis Dei s̄p̄ius Ebræorum ma-joribus repetitæ de immensa posterorum Abrahāmi lobole & exultitudine; unde & qvibus potuerunt nominibus cen-sutum illum celebrarint & nobilitarint. Hinc igitur & ani-matas illas tam accuratè enumeratas fuisse, & tam crebro commemoratas existimat. Hoc tantâ verisimilitudine gaudet, quantâ illud, qvod omnes homines tempore de-structionis turris Babylonicae divisi fuerint in Septuaginta naationes, qvia totidem statuuntur in Scriptura & s̄le nepo-tes filiorum Noachi: Japheti enim fuerunt qvatuordecim, Chhami triginta, Schemi viginti sex: uti Judæi hinc con-cludunt. Quemadmodum enim ibi nullō modō sequitur, fuerunt septuaginta personæ, ergo fuerunt etiam septua-giginta gentes; ita nec h̄c. Sed Rabbini seduxerunt Clari-fissimos viros, nimium credulos, qvibus in doctrinâ de numero septuagenario fides facile haud adhibenda: cum dicidit non possit, qvot & quantas nugas ei admiscuerint, & q; qvidem, si recte conjicio, propter centum membroru co-collegii illius, qvod Synedrium magnum vulgo audit. Si sic lingvam Ebræam in confusione Babylonica in septua-ginginta linguas, divisam fuisse: totidem Josephum, Salomo-nem, Mardochäum & Patres Concilii majoris caliuisse: totidem architectos turris Babylonica fuisse; & totetiam gradus turrim eandem versus orientem & occidentem alkam extinisse, magnō conatu defendunt. Si roges: qvot Angeli introduxerint 70, linguas, quotq; 70, gentibus sint

sint præpositi? Relponent septuaginta. Quid imo R. Eliefer ipsum dictarum animarum numerum, nempè septuagenarium Deut. 10. c. cum Gen. 46. c. 26. 27. collato in dubium vocat in Pirke c. 39. quod hic una deficiat. Ideoq; Deum iis annumerat, qvoniā Gen. 46. c. v. 4. dixit: *Ego tecum descendam &c.* Qvamvis R. Aben Ezra & R. L. b. Gerson rectius Jacobum substituant; qvi v. 8 iisdem ac centeri videtur. At quid si numerus completus pro incompleto staret? Mitto igitur allatam conjecturam, donec firmius ejus documentum Author suppeditaverit. Quod verò ad peregrinos in Populo, qvorum haud exigua copia fuit, attinet, cum Rabbinis eorumq; seqvacibus facere non possum, qvi eos: præsertim domicilii qvos vocant proselytos, eodem ritu, qvi ultimis seculis obtinuit, interveniente, inhabitationem communem ab Israelitis receperos esse asseverant. Consistebat autem ille in hoc: ut gentiles relicto idolorum cultu, ac receptis Noachi præceptis uni Deo vero se addicerent. Nam hujus nullum in Pentateucho, ut suo loco evincam, vestigium appetet. Ita etiam fese res cum Proselyto justitiae habet, qui non aliō pabili qvam ipsi Ebrai sub Ducibus Deo adductus genitioq; ejus insertus videtur.

S E C T I O . V.

De FORMA.

§. I.

Nunc de FORMA regiminis, sub Ducibus quod obtinuit, quid statui debeat, explicandum est. Sigonius l. c. l. 1. c. 5. cum alius qvos Arnitæus Rele & Polit. l. 2. c. 4. f. 5. allegat, eam Aristocratiam fuisse arbitratur. Verum hæc sententia lubrico incumbit fundamento; nimis rūm summam rerum penes Optimates tum fuisse positam; cum supra ostenderim l. c. n. 1. penes solum Deum principaliter eam rese diffe;

diffisse; & minus principaliter penes solum Mosem. Qvod
& & ipse tandem fateri cogitur, quando agnoscit dictam Ari-
stocratiā eam, in qua lex potissimum cum Deo dominata
est. Nam quomodo hæc concordant: summa rerum sub
Dūducib⁹ penes Optimates refedit: & Aristocratiā hæc ta-
lis fuit, in qua Lex potissimum cum DEO dominata est.
Bebertramus l. c. c. 5. docet de regimine sub Mōse usq; ad le-
gēm laram in monte Sinai, formam ejus instar Regiæ fuisse;
sed et sub Dominō: cum Moses nihil nisi ex ore Domini re-
spōsonderet. Et c. 6. Apud montem Sinai verò usq; ad in-
gressum in Chananæam illi eodem modo id temperatum
videtur, quo dicitur Lacedæmonum illa perfectissima, ita
ut Moses Regiam quodammodo potestatem habuerit, sub
Deo etiamen, veri tunc & unici Israelitarum Regis, auspiciis.
Sepr̄tuaginta porr̄ Chiliarchi Centuriones, Qvinquage-
narii & Decuriones Aristocraticam: Cives autem, qui
יהוָה id est agmen conficiebant Democraticam. Sed quic-
quid horum sit, satis patet, subordinata ea esse in eadem
specie simplici, non disparatas dicti regiminis species, quas
citatius Author inde conficit: si modo aliqua vulgari signi-
ficatione accepta illi applicari posset. Cunæus l. c. l. c. l.
arbitratur, Mōsen, rem publicam conditum, quæ in ter-
ris sanctissima foret, summam rerum potestatem Numini
detulisse. Et, cum alii nomina alia, ut res fert, reperiant,
ac Monarchiam modū, Oligarchiamque & interdum De-
mocratiam appellant, nihil ille horum tore pro natura atq;
indole intellexit tanti imperii. Igitur regiminis quendam
modum constituisse, quem per signifikanter Flavius (Jose-
phus) adversus Appionem l. 2. vocari posse Ιουετιαν ait,
quaesi tu ejusmodi civitatem dixeris, cuius Praeses Rector-
que e solus Deus sit. At cum in lustrando præsenti regimine
respectus magis ad Duces habeatur, eorumq; imperium,

F

qvām

quam ad Deum, nec in hac opinione acquiescere possum. Hinc ipse Josephus, fluctuans alibi v. g. Antiquit. Iudaic. l. 4. c. 7. Aristocratiā sub præsidio Divino minus accurate dicere voluit; quod etiam l. 20. c. 8. repetit. Certè si aliquis ex formis rerum publicarum Aristotelicis in eam quadras ret, Monarchia esset; eaque impropriè dicta: si quidem quicquid summæ potestatis in Gente Israelitica penes homines Deus esse involuit; id fuerit penes utrum Mosen: non solum per biennium termē sine omni controversia; sed & postmodum; cum idem coeteros quoq; Magistratus omnes auctoritate antecelluerit; ut soprà pluribus evictum dedi. Qvin post ipsum Josua quoq; Monarcha eadē ratione appellandus esset; quippe cui Israelitæ eadē prorsus modō, quod Mosis paruerunt; quod supra itidem probavi. Verum enim vero cum id adhuc obsteret, quod Monarchia impropriè dicta sensu Philosophicō dicatur respublica, in qua unus hominum ~~et nūc eorū~~ ita habet, ut legibus aliorum hominum illius potestas adstricta sit, quod Regimini Ductum tribui non potest; utpote qui in imperio suo à solo Deo dependerint; & vocabulum ~~Ιεραρχίας~~ à Josepho effictum minus hoc pertineat, aliud nomen ~~έξαρχος~~ & inusitatæ hujus politiæ, quod locum reliqvorum omnium suppleat, excogitandum daco. Et illud forasie erit **HEGEMONIA**, quam dico rem civilem, ubi unus homo, singularibus Spiritus Sancti donis instruatus, proxime Deum in gentem, quam dicit, & reliquos qui illi accessentur summam inter homines habet potestatem, & ad communem utilitatem respicit. Vocabulum ~~ἡγεμονία~~ enim laxioris admodum est significationis, ut de quolibet imperio dici possit. Præcipue ~~ἡγεμῶν~~ ei, qui cum potestate à Principe missus est, attribui solet. Quæ acceptio Divinis Ductibus apprimè congruit. De

MPV

Tantum de Regimine Hegemoniō.

De Regimine Heroico,

SECTIO I.

DE MAGISTRATU.

§. I.

Conseqvens est docere, quinam magistratus munere in Palæstina functi fuerint. Videtur enim ibi planè diversus ab haec tenus commemoratis institutus. Expositum vero id est à Mose anteqvam ex hominum consortio removetebatur in conspectu quasi ipsius terræ genti Israeliticæ divinitus promissæ. MINOR MAGISTRATUS fuere JUDICES & moderatores, qvos Moses Deut. 16. c. in singulis portis seceu urbibus qvas Jehovah daturus esset Populo suo per triibus suas institui jussit, qui cum judiciō justo judicarent. Hinc insimul colligere est, populo Ebræo concessum fuisse iusus eos sibi elegendi ex suo numero, tantum habitâ inducibiliâ ratione prudentiæ & justitiæ. Civilem itaq; Politiam suam Ebræos post Josuam ita exegisse putat Bertramus l.c. c. c. g. ad caput illud, ut unaqvaç civitas suos haberet Seniores seu Senatores constantes ex Chiliarchis, Centurionibus, Qvinqagenariis, Decurionibus & Præfectis. Signiorius qvoç l. 6. c. 6. judices hólce cum Principibus suis esse eosdem arbitratur, qvos Moses fatus ficeri sui Jethronis in in deserto instituit Exod. 18. c. Qui ipsi videntur ē corpore Seniorum cuiuscq; civitatis lecti Deut. 19. c. & 21. Ruth. 4. c. Velerum aberrant longè: cum judices hi ab ipsis Israelitis in unaqvaç civitate in Palæstina demum fuerint instituen- di: illi vero à Mose in vagabundo populo in deserto dudum instituti; qvorum usus republicā tandem statā exspirasse videtur. Qvod v. vir DEI dicit; judices & moderatores, id differitatem aliquam inter eos inferre non videtur; ut minihī est persyassimum. Cœterum qvot extiterint in qua-

E 3

libet

libet urbe non planè constat. Nisi conjectura hæc valere debeat, tot fuisse, qvot erant in qvâq; civitate Chiliarchi, Centuriones, Qvinqagenarii & Decuriones, inquit Bertramus l.c. cui tamen modò obviam ire volui. Josephus l.4. antiqv. Jud. c. 6. Septenarium numerum præscribit: & illi ibidem suos *τανηρας*; id est Præfectos, qvales superius Bertramus & imperator definiverunt. Levitas adscribit: qvòd fortassè sui temporis rationem habuerit. Certè ex c. 4. Ruthæ v. 2. apparet plures fuisse: cum dicatur Boæzus assūsse decem ex Senioribus urbis Bethlehemæ, qui de causa redēmptionis & levitationis cognoscerent. Dicendum ergo videtur: tot fuisse judices municipales cujusque civitatis, qvot esse poterant. Talmudici tres statuunt *Sanhedrī*, c. 1.; scil. in ea civitate in qva CXX. non fuerunt, at ubi CXX. aut plures degerunt, 23. Qui ad sua tempora respexere. An verò ita, ut ex illis etiam Levitæ qvidam in Præfectos assumerentur, si modò in ea ali. qvot erant Levitæ: Sin minus ex proxima urbe Levitis assignata advocarentur, id dubium utiq; & incertum est. Bertramus qvidem ex iis, qvæ à Davide & Josaphato gesta sunt in restituendis judiciis, verisimile esse putat. Sed nondum probavit, eandem utrobiq; judicium rationem fuisse. Multò minus de numero horum constabit, quem Josephus at l.c. binarium facit; Thalmudistarum autem traditio ternarium MAGISTRATUS MAJOR ORDINARIUS erat consesus Sacerdotum Leviticorum: de qvo Moës Deut. 17, c. agit: & ejus officium fuisse dicit controversias dubii juris, qvæ a minori magistratu decidi haud poterant, dirimere ac componere. Bertramus l.c. existimat, summum hunc in toto & ex toto populo fuisse Senatum, qui constiterit ex Septuaginta Senioribus ita lectis ante Secessionem decem tribuum ex familiis illis septuaginta illo-
rum.

rū, qvi in Ægyptū ex Chananæa descenderant, & ex his, qvæ
 in earum locum substitutæ fuerant, ut ratio temporis ferre
 protuit. Qvanquam gratis & sine Scripturæ Sacræ testi-
 monio, Siginus l. c. l. 6. c. 7. hoc Levitarum collegium
 idem fuisse putat cum illo, qvod *Num. ii. c. 45* à Mose institu-
 tum legitur. Verum falso. Etenim illud jam pridem erat
 introductum: hoc autem demum introducendum occupatā
 jam Palæstinā; ceu patescit ex verbis Legis. Illud porro
 fuit constitutum ex omnium tribuum hominibus: hoc ex
 solis Levitis confluxit. Illius munus fuit cum Mose populi
 cucuram gerere: hujus circalites qvasdam versari. Illius
 Præses procul omni dubiō fuit Moses: hujus fortasse sum-
 munus Sacerdos. Illius numerus definitus & certus est: hujus
 indefinitus & incertus. Qvin sunt, qvi putant collegium
 illud habuisse potestatem *arbitriu&wov* gubernandi totam
 reipublicam, conjunctam cum infallibili ratione omnes
 de se Sacris & religione enatas controversias decidendi. Ve-
 rū rū qvomodo hoc ex textu probent, haud asseqvor, quippe
 in *in quo ne vestigium* qvidem appareat curæ totius reipu-
 blicæ à DEO cuiqvm concessæ. Et qvamvis sèpiù tracto
 coronalessui voluerit Deus ab omnibus obtemperari; non ta-
 men hinc debet elici, falli illud simpliciter haud potuisse.
 Aut Aut eadēm probabilitate inde colligam duos aut tres testes
 fuisse infallibiles, qvia voluit Deus in ore eorum ut omne
 coronalessaret verbum. Interim minimè diffiteor, infallibili-
 tatem ante captivitatem Babylonicam eatenus illi compe-
 terere, qvatenus tum ex DEI mandato & consulo omnia in-
 stituit. Non solum enim habuit Legem à Mose præscri-
 ptam; sed in dubiis qvoq; omnibus consuli & potuit & de-
 buit oraculum illuc Urit, qvod propterea rationale judicij
 appellatum est. MAGISTRATUS MAJOR EXTRAORDINA-
 RIUS fuit JUDEX καὶ ἡγεμόνας sic dictus, quem Deus nonnun-

quam miraculose excitavit: nimirum summâ populi necessitate efflagitante. Cui pro tempore omnes magistratus cesserunt. Nam hanc esse lententiam Legis Deut. 17. patet ex usu, quem ex libro istorum jūdicum compertum habemus. Sunt quidem, qui per judicem summum Sacerdotem intelligendum existimant. At particulam(1) in verbis Mosis: **וְנִי** aut ad illum judicem &c. Deut. c. 17. v. 8. non **וְנִי**, sed **וְלֹא גָּדוֹל הַנֵּחֶת** hoc est non pro & sed aut accipendam esse (ut 2. Sam. 2. v. 19. Prov. 30. v. 8. & Exod. 12. v. 5. &c.) satis apparet ex eo, quod paucis interjectis pro paucis interjecti pro præfixo (1) ipsa disjunctiva particula **וְ** aut ponitur. Huic adde, quod nusquam legas summum Sacerdotem solum sub præsenti regimine vel consultū fuisse de jure vel de eodem pronunciāsse. Qvod enim de Eli obverti posset, is judicis potestate illud potius fecit, qva insimul gaudebat. Munus autem judicis, per antonomasiā, quod de gravioribus & difficilioribus rebus solus judicaret ex mente Bertrami sic dicti, in eo consistebat præcipue, ut de populi libertate cognosceret, Jud. 2. v. 16. & lites difficiliores obscurioresq; dirimeret. Unde ejus auctoritas maximē tempore belli valebat. Alias tamen etiam de rerum summa decernebat, & in politicis rebus consulebatur, qvorum videlicet decisio difficilis esset: Populo, qve quæ gerenda essent præscribebat. Hinc reverebatur ipsum populus & ad eundem confugiebat laetus. Ideoque summam quadantenus potestatem cum inter homines habuit: & quidem instar suffetis alicujus (ut Carthagini supremus Magistratus vocabatur) qvippe quæ vox ejusdem originis videatur, cuius est Ebræa **וְאֶלְעָזָר**. Bertramus l. c. eum quasi dictatorem qvendam Hebræorum fuisse arbitratur: & Cunæus l. c. l. i. c. 12. Prætorem dici Dictator remque

teremque posse censem. Qvod omnino verum non est, cum
Dicitores Romani ferè Regia omnia habuerint, tantum
qvod potestas tempore fuerit circumscripta. Qvanquam
ut ex hoc magistratus valde debilitatus tandem sit. Ille,
populi mortem eorum, Judic. 2. c.v. 10. qui opera Dei ipsimet
vividerant; hic intermedii præsertim temporibus. Ut ergo
cucum propria suâ negligentia & perversitate; iūm populi
peccatis v. 17. 18. Tempestate enim confessus Levitici &
judicium minorum res in pejus paulatim ruebant & concili-
debat ex parte facies elegantissimæ illius rei civilis ex Mo-
sis præscripto in Palæstina institutæ: ita ut tantum non ex-
tinguita esset. Judicium majorum ætate non mintis invaluit
tyrannis Chananaeorum, qui Ebraeis dominabantur, & tri-
butoris contenti politiam saltem aliquam iis relinquebant.
Quod aliter fieri non potuit; cum, ut modò innui, collegi-
um Leviticum, & judices minores ita populo successu tem-
pororum blandirentur, ut multa officii sui prætermitterent;
qvod satis ex historia apparet. In judicibus majoribus iti-
dem plurima sæpè sunt desiderata, satis se officio functos
putantibus, si populum in libertatem modò affererent; de
re reliquis multi parum solliciti fuere, aut planè nihil. Et licet
Sa Samuel postremo seculô qvædam restitueret in pristinum
vigorem: filii tamen ejus degeneres eadem pleraq; rursum
pergavererunt. Cœterum qvod Bertramus l.c. dicit, Judi-
ces majores regnâsse cum septuaginta viris, qvorum cœ-
tum & actiones direxerint, id vero videtur ab simile, & per
hac hanc dicta refellitur. Ego ex adverto Magistratibus
imperâsse & de officio monuisse eosdem afferere nullus
dubito. Qvodq; idem statuit, dictos judices finitò bellò
privatos vixisse, id ex eo probare nequit, qvod Jephra post
dimissos milites nusquam legatur sibi jus ordinarium at-
tribuisse in reliquum populum: multò minus ex hoc, qvod
Gideon oblatam sibi potestatem Regiam repudiavit. Quid
quæsto fiet de exemplis Samuels, Eli & aliorum? SE-

SECTIO II.

DE JUDICIIS.

LEges & subditi cum hic non varient ad JUDICIA rega pergo. De cuius PERSONIS sectione primæagi, quas judices civitatum in causis levioribus; & in gravioribus Sacerdotes Levitas cum Pontifice esse constat tanquam ordinarias extraordinarios vero Heroes. Ut ita judicium & tum temporis aliud INFERIUS aliud SUPERIUS fuerit. Et hocce quidem eo privilegio munivit Deus Deut. 17. c. ut nemo sententiam ipsius sine capitibz periculo detrectare auderet. Non tamen fuit Synedrium illud magnu de quo Doctores Ebraei multa prodiderunt: cum instituta eorum longè differant. Enimvero Synedrium ex qvibusconq; tribus assumtos admisit, Sacerdotale concilium tanum ex Levitis legitum est: Synedrii Princeps potuit interdum esse alterius tribus; præses Sacerdotalis confessus semper Pontifex fuit: Synedrii potestas late le extendit: Sacerdotale collegium paucis controversiis alligatum fuit. Synedrium Septuaginta viris vel uno amplius constitit: in Levitico confessu tot Sacerdotes adesse debuisse, nuspia in appareat. Quam obre vestigia Synedrii maghi, quæ Sigonius l. 6. c. 7. R. Maimon in Sanhedr. c. 2. cum Patribus suis in Deuter. 17. c. querit, nulla sunt. Quamvis sapientis dictum Leviticum collegium illi acq; ac Septuaginta virale concilium Num. 11. c. occasionem præbusse nullus facile inficias iverim. Eundem admodum alienum est à veritate; duplicitis generis judicia hic esse constituta: alterum ecclesiasticum; alterum forensē, uti quidam persvasum habent. Decepit viros optimos illud, quod & Sacerdotes & Judex sigillatim non minentur. Sed de sensu Legis mentem meamjam aperui. Locus judicii inferioris fuerunt portæ civitatum Deut. 17. superioris

Superioris Levitarum urbs ea, in qua arca sœderis qvi-
sceret *Jud.* 20. 18. & 21. 16. ac 22.; & judicis majoris, ubi ille
dodomilium habebat; qvi tamen & in aliis certis oppidis
coconventus & fora egit *Jud.* 4. & *1. Sam.* 7. *Sigoni*us l. 6. c. 6.
dele PROCESSU adjicit, cum eo ita fuisse comparatum, ut, qvi
lititem alteri intendere cuperet, aliquem ex Principibus ju-
dicum seu Grammato lagogeis adiret, & causam suam ex-
pooneret ab eoque ut illam ad judices introduceret, postu-
laret. Ille vero controversiam recipere aut rejicere potu-
erit. Sed nondum probavit, eos fuisse distinctos: nedum,
in *in quo horum munus constiterit*, mihi dederit evictum.
Quæ de numero testimoniū ternario & poena falso testimonio
coconstituta nec non causā indictā nemine damnando atq;
iustitia sententia ferenda producit, firmius in *Deyter.* c. 17.
21. 21. & 25, habent fundamentum. Sed Talmudistis nimium
fisiſiſus est, qvi talia, qualia improbavi, tradiderunt, tempora
posteriora cum prioribus perperam confundentes, & quo-
rum verba ille è Galatino adduciti. Tandem enim suc-
cessiva annorum introducta esse, ambabus, quod dicunt lar-
gior. Idem de *Synedrio minori* sentiendum est, quod
Talmudistæ sub hoc regimine quoque viguisse narrant,
eō judices civitatum traheentes. Meum est ad alia properare

SECTIO III.

DE FORMA.

§. L

PErvenio hinc ad cōsiderationem formæ regiminis hu-
jus. *Sigoni*us illam eandem cum priore fuisse existimat
Præterea verò quodammodo tripartitam: unam universi
populi; alteram singularum tribuum; & tertiam unius-
cujusq; civitatis. Qvamq; fruſtra & inepte. Bertramo
la. *la.* superioris temporis judicum duplex videtur fuisse poli-
tia: tia: mixta videlicet illa, qvæ lege Mōaica delineatur, qvam-
diuidiu sui juris fuerunt ipſi Iſraelitæ: deinde tyrannica, qvam-

G

diu

diu Chananaeis servierunt, ita tamen ut Aristocraticum qvoddam jus, non tamen prorsus liberum habuerint. At improbabiliter, ceu ex jamjam dicendis elucescit. In pace & tranquillitate Lex sub solius DEI praesidio regnabat, Qvae sane tutissima fuit & procul omni dubio maxime salutaris reipublicae species. Quod & ipse Aristoteles in humanis agnovit l. 3. Polit. c. ii. quando scribit: Nihil ita ratum ac firmum esse oportet atq; leges rectas & salutares: penes eum autem, qui praest reipublicae, sive sit unus sive plures, iis de rebus statuendi arbitrium & potestatem esse, de qvibus leges accurate & cumulate loqui non possunt, propterea quod non sit facile aperte omnia perlequi & complecti. Alias in bello & turbis judices maiores proxime Deum de rerum summa decernebant. Illorum igitur temporis intervallum Regimen praesens; nimirum in relatione ad Deum qui solus lege suâ suoque consilio rempublicam tum administrabat recte THEOCRATIA appellari potest; qvod Exodi 19. c. v. 6. innuitur, ubi Israel Sacerdotale Regnum & sanctus populus Dei; proprius sub certa condizione dicitur futurus: hoc vero ejusdem tractu HEROCRATIA; qvam dico rem civilem, ubi unus homo heroicâ virtute praeditus, proximè Deum in gentem, cui praefectus est, & reliquos qui illi accentur, summam inter homines habet potestatem & ad communem utilitatem respicit. Adeoque politia utrobius simplex fuit, Vocabulum autem Herois judici magno quam optimè convenit. Anne instructus fuit habitu animi divinitus ei concessum ad ejusmodi actiones perficiendas, qvae alioquin solis hominis viribus praestari non possunt. Anne singulari quoque modo ad Populum Sanctum liberandum & defendendum excitatus? De aristocracia sub Tyrannis manifesta Historiae Sacrae indicia desidero.

Tantum de Regimine Herocratico,

De

De Regimine Monarchico,

SECTIO I.

DE PRINCIPE.

§. I.

Mertæsum tandem fuit stolidum populum optimi sui status; ita ut illum cum gentilium servitio commutare gegetstret. 1. Sam. 8. c. Qvod enim Cunæus l. 1. c. 14. authoritate R. Majmonidis *in part. postr. Misn.* motus Israelitas De Dent. 17. c. mandatum de Rege in Palæstina eligendo accepisse cum aliis viris doctis asserit, id valde dubium est. Sadanè verba Mosis prædictionem rei futuræ in Scriptura expressæ nec vetitæ nec mandatae continent, adeoq; præceptum non nisi hypotheticum, qvod factum humanum includit. Nempe modum saltem DEO antè definire visum est est illius, cuius aliquando cupiditatem gentem suam invasuram prævidit; ceu accuratissimè, ut raro solet, Sigonius l. 6. 6. c. 3. pluribus ostendit. Maimonidi verò opponi potest R. R. Abrabanel *in comm. ad l. c.* quern ille contradicenter habebet. Qvarè non est qvod excipiatur, Deum ideo indignè tulitulisse, summam rei à Samuele ad Regem aliquem transferri, qvia Israelitæ concupissent per ambiguas querelas, sededitiosasque voces, non ut legis præceptum peragerent, sed tēd qvod displiceret illis Sanctissimus vates Samuel. Ceterū Deus Samuelem de hoc instituto eum dehortari jussit, propositâ Dominorum gentium consuetudine ac more, qui suos omnes herili potestate in officio continebant. Ber. traramus qvidem l. c. cum aliis Samuelem de jure Regis plañanè tyrannico agere putat. Alii contrà jus Regis propriè ipsiſq; conveniens innui asseverant. Non est autem, ut de explicatione hujus loci cum aliis me macerem. Neque enim jura omnis Regni ibi proponuntur; sed Dominatus Ethnicorum, qalem expetebant sibi Ebræi. Ubi verò populus

G 2

populus pertinaciter obfirmasset se in petendo Rege Prophetæ ex Dei iussu REGEM designavit Saulem. Cunæus l.c. opinatur DEUM huic non caritate aut reipublicæ curâ imperium dedisse; sed qvoniā arrogantiam fævitiamq; ejus introspercerat, & comparatione deterrimâ gloriam Samueli qvæsivisse, ut tali successore desiderabilior ille, qvandoq; foret. Qvod meritò servili populo & pertæso à DEO institutorum in pœnam factum videtur. Voluit tamen æternus Rex, qvæ est ipsius misericordia, populo durissimæ cervicis succurrere, & qvomodo mala, qvæ à novo Rege expectanda erant, qvoad maximâ partem averruncare posset, dudum ante id tempus ostendere. Nimirum dum per sonam eligendam determinari: aliaq; ad vitam & mores ejus pertinentia à Ministro suo Mole *Deut. 17. c.* præscribenda curavit.

§. II. Nunc conveniens erit, ut qvânam potestate Ebraeorum Princeps instructus fuerit, exponam. Hoc itaq; extra controversiam situm esse volo: sumam majestatem, qvæ haec tenus penes solum Deum extiterat, ad illum fuisse translatam. Habuit enim potestatem absolutam ferendi abrogandiq; leges, de iis scilicet, qvæ legibus mosaicis nondum erant comprehensa: jam latas verò à Deo ante id temporis tanquam vim juris naturalis habentes approbandi confirmandiq;. Id vel inde liquet, quod neq; quisquam sententiam ipsius etiam injustè latam detrectare auderet: neq; ab eodem adversus legem divinam peccante facti exigere rationem. Ex sectione subseqventi autem dilucidius constabit. Dein (2) belligrandi; dum suô ipsius arbitriô milites conscripsit & hosti bellum intulit. Deum enim saltim pro lubitu consulut, quod in eo Prophetæ etiam haud reprehenderunt. (3) Porro instituendi Magistratus vel collapsos jatum institutos restaurandi, qva ratione & ex qvibus vellet. Et deniq; judicandi populum in omnibus tam belli quam pacis tempore. Nam reliqua majestatis jura cum majora tum

trum minora recensere nec opus est, nec meum patitur institutum. De modo allatis exempla Davidis, Saulis, Josaphati, alios rurumq; 1. Reg. 14.2. Sam. 8. v. 15.1. Paral. 27. c. & 19. c. 1. Sam. 7. & 8. c. & c. statim testantur ac super. Cum vero, ut alias solet, solus Rex tot tantisq; negotiis imperat: & varios sibi in administranda Iudaicitarum republica legit administratos 2. Sam. 8. 15. &c. & MAGISTRATUS MINORES, judices civitatum puta, penitus in suum pristinum ordinem & usum restituit 1. Chron. 27. c. Quid tandem quodcunque, MAGISTRATUM MAJOREM ordinavit, collegium nempe iudicium, qui simul juncti nomine Regis de gravioribus causis discipicerent, 2. Chron. 19. c. Quanquam inter hos & priores magna intercesserit differitas; ceu ex circumstantiis in historia Sacra annotatis abunde liquet. Quod contra Bertramum l. c. c. 100. 10. & Sigionum l. c. l. 6. c. 14. 6. quieos confundunt, venit anno tuncandum Interim jus constituendi Regem penes solum Deum manans, quod cum preceptum Divinum Devtor. 17. v. 15. tum ex exempla Saulis sorte coram Deo iacta a Samuele Legato ejusdem constituti 1. Sam. 8. v. 10. Davidis iussu Dei a Samuele uncti, & Salomonis a Deo electi 1. Chron. 26. 5. & 29. 1.: tum regni pars a Da Deo Jeroboamo tradita 1. Reg. 11. c. manifesto arguunt. Unde & unus Dominus audit. Qui enim inconsulto Deo immo contra institutum ejus ad Regiam dignitatem evecti sunt, de facto saltatim pervenere ad eam: quod ipsi Seniores populiz. Reg. 4. v. 12. 12. satis innuunt. Quando autem alias populo electio aliquanta tribuitur, ea nihil aliud quam præstationem homagii, ut hodie loquuntur, indigitare potest. Coronidis loco observandum est est: Ebraeorum Principem si Philosophice loqui velis, rectius Deum dico, quam Regem, ut ex Sectione IV. dilucidius pascas.

SECTIO II.

DE LEGIBUS.

§. I. I. **L**egis fundamentales Reges non agnoverunt, quippe qui absoluti Domini fuerint, ut sectione precedente ostensum dedi. Præceptum Deut. 17. c. de Rege a Deo datum officium

officium ejus, qvicqvid Cunæus l.c. l.i.c. 14. obvertat, ut supè riùs monui, haud concernit. Qvod ipsum qvoqve uti idem Cunæus l. c. contra Josephum existimat minime continebatur in libro qvam Domino à Samuele reposito, i. lib. 10. v. 5. ut pote in qva Propheta consignârat jus Regis, populo anteà ab ipso in memoriâ revocatum, i. Sam. 8. c. : ut testis aliquando foret, stultam Gentem Ebraeam omnia sibi mala ultrò accer- sivisse. NON-FUNDAMENTALES verò in Regno obtinuere. Et fuerunt aliæ DEI; aliæ REGIS; ut ex libro Efræ c. 7. 26. con- stat. Nimirum omnes istæ leges, qvas Deus tulerat, vim tum habuerunt juris Naturalis. Ideoq; nefas fuit Ebraeorum Regi, constituere aliquid, qvod Divinis legibus adversaretur. Cum verò non omnia fuerint liqvidi juris; neque legibus Mosaicis definita: de iis videtur Rex novas leges condidisse, secundum qvas aliæ consimiles caufæ deciderentur: quemadmodum idem de singularibus constituit.

SECTIO III. DE JUDICIIS.

§. I.

DE judiciis res clara videtur. Initio suprema penes Re- gem fuere: Inferiora penes Judices civitatum. Sic tem- pore Davidis causæ ac lites graviores ex cœteris urbibus ad eum tanquam Principem fuerunt relatæ; qvod optimè ex c. 15. l. 2. Sam. intelligitur. Successu annorum, cum non omnes Reges eādem sapientiâ fuerint eādem qve prorsus patientiâ ju- dicum Majorum collegium sibi adjunxerunt. Hinc Josapha- tum legimus 2. Chron. 17. c. magnificum aliquem Judicum conselium constituisse Hierosolymis. De quo duo tantum excutienda sunt. Primum est: qvòd dictum collegium sim- plex fuerit, non duplex, ut Bertramus l. c. c. 11. arbitratur, vi- delicet Ecclesiasticum aliud; aliud civile: illud constans solis Sacerdotibus & Levitis; hoc capitibus Patrum populi, qvod vulgo Synedrium magnum appellatur. Nam id ex v. 8. seq. satis.

Institutis patet. Innuitur quidem l. c. illud cum ex Sacerdotibus ac & Levitis; tum quoque talibus, qui ex aliis essent tribubus fuisse lectum. Dicitur etiam, quod idem duos moderatores hababuerit: quorum unius summi Sacerdotis scilicet authoritas fuit in dijudicandis causis, quae ad Deum pertinerent, hoc est, de rebus quibus lex Dei extabat; alterius vero, Ducis tribus Iudeorum, in iisquae ad Regis officium pertinerent, hoc est, de quibus Lex Regis data erat. At distincta duo Concilia fuisse Viri clarissimus inde haud excusat. Multo minus vestigia Synedrii magni hic apparere. Licet enim illi non absimile fuerierit, prorsus idem tamen dici nequit. Illud sane, ut cetera taceam, liquere non potest, in confessum, quem Josaphatus instituit, congresos fuisse usque ipso anno 70. viros, quemadmodum in Synedrium magnum. Alterum est, est, quod Rex a judicio magno judicari neutriquam posuerit: nescium vapulacioni esse obnoxius, uti Doctores Ebrei fabulantur. Vide eos apud Schiechardum de iur. Ebr. Nam Sacra Scriptura opinioni huic calculum suum denegavit. Nec est quod dicas, quorundam Regum corpora extra Regia sepulchra humo esse manda: a 2. Chron. 25. c. & 28. cum in illud ipsis in peccatum a DEO potius, impedimentum objicientis, quam in hominibus irrogatum fuerit. Quia in Synedrium videtur formam istam tam, de qua Rabbini prodiderunt, sub Hasmonaeis demum & post profanationem templi ab Antiochopiphane factam accepisse Gen. cod. Sanh. c. 9. Quid ergo illi cum Regibus?

SECTIO IV.

DE FORMA.

S. I.

Reliquum est, ut de forma pauca adjiciam. Hoc certum est, MONARCHICUM praetens regimen fuisse, voce eam sensu Philosophicò accepta: cum Deus non nisi occulit, ut alias humanas res publicas illud direxerit. Quia vero Aristoteles l. 2. Polit. c. 14, regnum tanquam aqvivocum dividit in membra seu aqvivocata extrema, Lanconicum scilicet ac Pambasilicum; & intermedia nempe Dominarum, Aesymnetiam, atque regnum Heroicum, quoniam ex hisce illi maximè congruat, non immixtò disqviritur. Ut itaque, quid animo meo fedeat, edisseram, Dominatum reliquis omnibus hic preferendum duco. Petebant enim Israelitæ Regem assimilem Regibus vicinarum gentium, quos Dominos fuisse constat suos omnes herili potestate in officio continentem

tinentes. Et dico Regum Ebraeorum Rempublicam fuisse DOMINATUM, ubi penes Monarcham seu unum hominem resedit majestas, qui primario ad suam; secundario & conseqventer ad subditorum demum respexit utilitatem. De hoc loquitur Samuel 1. lib. 8. c. dum populo Israelitico Regem petenti jura ejus proponit, subiungit tandem v. 17. : *vafq, eritis ei servi Bertramus* 1. c. c. ii. existimat, Regum politiam in regno Iehudæ restitutam, ita regiam fuisse, ut semper mixta censenda sit ex ultraque alia polita; sed maximè Aristocratica alias & Democratica. Verum inde hoc colligit, quod Reges consensum optimatum nonnunquam; nonnunquam totius populi effagitarint. Qvam probationem suo dubio non carere ipse haud difficitur. Sub Regibus Israelis autem plane Tyranicum regimen obtinuisse autem. Qvod tamen non videtur universaliter esse verum. Sigonius 1. c. l. i. 5. & l. 6. c. 3. *παμβασιλεῖαν* seu regnum propriissime dictum fuisse docet. Cui jam in antecedentibus latet est factum. Et Cunæus l. 1. c. 14. regnum Sacerdotale vocat. Sed dictum Dei Exod. 19. c. v. 6.; quod nimirum, tale Judæorum rem civilem aliquando esse debuisse, quidem indigitat. Attamen quod hic non fuerit sub Regibus, ubi de reipublicæ specie, qvam hominum perversitas introduxit, sermo est, qvilibet sanx mentis animadvertisit. Hic Dominatus successus temporis obortâ scissione & captivitatibus variis debilitatus est, atque tandem eversus. Primù. enim ex simplici duplex est factus post mortem Salomonis. Deinde populus in captivitatem abducetus suos quidem Duces habuit, sub potestate tamen alieni Regis. Et licet non solum ex eadem reduces Barbarorum Dominorum inductu aliqualem Principatum rursus obtinerint; Sed & Halmonæi transmoverint in se ἀρχὴν ἀγέλημα; quin Aristobulus Hyrcani filius ad Regiam dignitatem aspiraverit, nihilominus artibus Antipatri res eò denique pervenit, ut judæos Pompejus Romanis subjiceret, factaque uerit Hierotolyma ipsi tributariorita ut eorundem tyranide ad *τάναλες γοιαν* usq; premerentur. De qvibus omnibus prolixa qvidem dissertatione posset institui. Cum verò ex profana potius qvam Sacra historia veniant deducenda, labore eò sponte supersedeo.

FINIS.

HB 153000 (1)

ULB Halle
003 948 544



3

56.


KD.17



Farbkarte #13

B.I.G.

Centimeters



Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black



D. REIMERI,
ET THEOL. C.

BLICIA ORUM,

X
RAMO, CUNÆO
SQVE
CINNATA;
RUM SUCCINCTE PRO-
RGITER ADAUGE-
EXTRE DIJUDI-
TUR.

WISMARÆ.
TIAN SCHMIDII, Bibliopol;
MDCCX.